

PHILIPPI

MELANCHTHONIS DE DIALE-
TICALIBRI QUATUOR, AB AUTHOR E POSTREMO RECOGNITI;
& IN PLERISQ; LOCIS DE INTEGRO COSCRIPTI, ID QUOD
INTELLIGET LECTOR, SI EA QUADE RELATIOE IN HOC
LIBRO SCRIPTA SUNT, CONFERET CVM OMNIBUS
IJS, QUADE IN ALIS ADDITIONIBUS
CONTINENTI.



M. D. XXXVIII.

CUM GRATIA & PRIVILEGIO.

IOANNES
STVRMIUS GVLIELMO
STVRMIO PATRI
S. P. D.



VONIAM DE
fratrum mcorum stu-
dijs pater nihil certi
cognosco, neq; explo-
ratū habeo, sint ne ad
huc Louanijs, mitto ad
te Dialeticos hosce li-
bros, quos illi etati iā
idoneos esse existimo. Nam si illa nunc memoria te-
nent, que à me aliquando audiuerunt, sciunt uerbo-
rum uolubilitatem, & linguarum cognitionem, in-
anem esse sine magnarum rerum doctrina, que nisi
ad sit differendi ratio, non rede percipitur. Ac quo-
niam illa precepta exercitationem diligentem atq;
dauernam requirunt, non differenda diu illa sunt,
neq; maius robur quam naturæ est expectandum.
Quia in re enim excellendum est, & cuius rei per-
petuus usus adhibetur, ad illam pueri statim sunt de-
ducendi. Que causa est quod constanter apud Pla-

ce 2 tonem



E P I S T O L A

tonem ille Atheniensis affirmat. Λέγω δὲ καὶ φημί τὸ γράπτικόν ἄγαθόν ἀνολεγα μελλονταί εστοί τοῦτο ἀντόπεν ταῖς διδούσι μελετᾶς δεῖψι, ταῖς διδούσι ταῖς διδούσι ταῖς διδούσι τοῦ τραχεύματος τραχεύματος. Quamobrem si illud faciendum est in illis doctrinis, quae plus difficultatis habent, ut qua in re prestatre uelimus, ad eandem statim animum adiiciamus: tenendum certe illud magis est in illa arte, quae dux est, & præmonstratrix in cæterarum omnium disciplinarum cognitione. Et quanquam nemo omnium melius scripsit quam idem hic qui primus absoluit Aristoteles, itaq; solus legendus sit, tamen hi libri aptiores sunt puerili educationi. Itaq; hosc fratribus meis commendatos statuo, quos malim ibi esse, ubi non lingua soluta sed mentem etiā excollat. Omnia uero studia sua ad Dei cognitionem referat, atq; illud cogitent, uerisimiliter esse in Theeteto Socratis sententiam τὴν μὲν τοῦ θεοῦ γνῶσιμον σοφίαν εἰναι γέγε πλῶν ἀλιθινήν, τὴν δὲ ἀγνοιαν, ἀμεδίαν οὐλακεκίαν ενεργῆν. Hoc Socrates non Christianus intellexit, & cum nihil affirmaret, tamen illud certo tenuit. nostris uero moribus permulti sunt, q; ociose hanc sapientiam contemnunt. Sed ad hæc studia mi optatisime pater, fratres excitabis. Mittam etiā ad eos breui, quæ de amissa dicendiratione scripti,

N V N C V P A T O R I A

que quoniam à me sepe audiuerunt, absq; explicatore poterunt intelligere, adferent autem illa, ut spero, aliquas commoditates, & ad discendum, & ad iudicandum. Vale Argentina Calendis Februarijs. An.

M. D. XXXVIII.

α 3

I N D E X.

INDEX EORVM QVAE NO^o
tatu digna nobis uisa sunt.

A

Absoluta	34
Absoluta specie, non re ipsa relativa	37
Abstracta nomina	18
Accidens	11
Accidentia inseparabilia	12
Accidentium derivata nomina	17
Actio quid sit	51
Adamas quid sit	17
Equipollentia	91
Aer quid sit	17
Aetas	156
Affectus durabiles	28
Alteratio quid sit	52
Amicitia	27
Amphibolia	188
Ampliationes & restrictiones	206
Animi duplex officium	74
Anima quid sit	17
Ατωφαινεψ	80
Antecedentia & consequentia	167
Argumentatio	1
Argumentandi utilitas	93
Argumentationis quatuor genera	96
Argumen	

Argumentatio quid sit	96
Architas author prædicamentorum	14
Ars quid sit	20. 23
Artis & scientie & prudentiae discriminem	24
Artium diuisione	26
Ατυπατηψ	205
Augmentatio quid sit	52
Αξιωμα	80

B

Baptismus	36
Bellum quid sit	34
Bellum	47
Beneficentia	27
Bonum	45. 50

C

Ausæ quatuor	58
Causa non sufficiens	185
Cicero. syllogismus in miloniana	4
Cic. locus ex orat. pro Archia	23
Cicero quem ordinem in officijs sit secutus	76
Cicer. enthymema	130
Colorum species	30
Compositio & diuisione	189
Concubina quid sit	11
Coniugata	161
Consequentia bona	99

α 4. Consequentia

I N D E X.

<i>Consequentia mala</i>	99
<i>Consequentia prima cura habenda est</i>	ibid.
<i>Consequentia mala à superiore ad inferius</i>	196
<i>Consequentia mala à signis non proprijs</i>	ibid.
<i>Consequentia mala à causa cessante</i>	ibid.
<i>Consequētia mala à nō sufficiēte enumeratione.</i>	197
<i>Consequentia uitium</i>	179
<i>Contractuum species</i>	49
<i>Corpus quid sit</i>	19
<i>Corruptio quid sit</i>	52

D

<i>D<small>E</small> diuisione Platonis sentētia ex Phedro.</i>	67
<i>Definitio</i>	2
<i>Definitio rei</i>	7
<i>Definitionum leges</i>	56
<i>Definitionum formæ</i>	ibid.
<i>Definitio essentiæ</i>	ibid.
<i>Definitio causalis</i>	58
<i>Definitio ex effectibus et officijs</i>	64
<i>Definitio ex partibus rei</i>	65
<i>Definitio ex accidentibus</i>	66
<i>Definiendi modus</i>	72
<i>Definitionum uerba quid significant</i>	77
<i>Demonstrationes</i>	148
<i>Demonstrationes unde appellatae</i>	ibid.
<i>Demosthenis syllogismi contra Philippum</i>	4
<i>Demosthenes</i>	ibid.

I N D E X.

<i>Demosthenis syllogismus in oratione tragedi se- q<small>ue</small>vov</i>	83
<i>Demosthenis syllogismus contra Aeschinem</i>	93
<i>Demosthenis syllogismus in Olynthiaca</i>	110
<i>Dialectica quid sit</i>	2
<i>De Dialectica</i>	32
<i>Dialectica comparata Arithmetica</i>	2
<i>Dialectica unde dicta</i>	2
<i>Dialectica quid sit secundum Platonem</i>	ibid.
<i>Dialecticæ laus ex Platone</i>	ibid.
<i>Dialecticæ usum requirit</i>	3
<i>Dialecticæ facilitas</i>	ibid.
<i>Dialecticæ libri Aristotelis</i>	ibid.
<i>Dialecticæ et Rhetorice differentia</i>	4
<i>Dialecticæ partes</i>	5
<i>Dialecticalaudata à Parmenide</i>	32
<i>Dialecticæ partes due</i>	98
<i>Dicē omni</i>	102
<i>Dicē de nullo</i>	ibid.
<i>Differentia</i>	10
<i>Differentie et proprij discrimen</i>	ibid.
<i>Differentio quid sit</i>	6
<i>Differendi quid uitandum</i>	ibid.
<i>Differentionum duo genera</i>	ibid.
<i>Differentionum uerbo potentia significatur</i>	11
<i>Diminutio quid sit</i>	52

et 5 Dissolutio

I N D E X.

- Dissolutio materiae uitiose 180
- Disparata 172
- Disputandi consuetudo 224
- Divisio 1
- Divisionum uis 67
- Divisionum forme quatuor 68
- Divisio τολυσμός 68
- Divisio totius 69
- ibid. 69
- Divisio generis 70
- Divisio per enumerationem 184
- Divisio insufficiens 1 3
- Docendi tres modi 43
- Dominium

E

- E**cclesia quid sit 44
- Educatio 156
- εγκαταλήψεις 25
- εἰδή Aristotelica 9
- Elanchi ignoratio 204
- ἐλέγχος 62
- ἐλέγχημα 4
- Elocutio 25
- Ens 226
- Enthymema 227
- Enthymematum partes due 228
- Enthymematis refutatio.

Ινθυμετα

I N D E X.

- Ινθυμετα unde appellatum ibid.
- Enthymema Demosthenis 130
- Enthymemata amplificata et ornata ibid.
- Enthymemata Rhetorum 131
- Enthymema ab est tertio adiecto, ad est secundum adiectum 133
- Enthymema à divisionis ad coniuncta ibid.
- Aequiuocatio 186
- Ἐτυμολογία 6
- Etymologia 161
- Exemplum 135
- Exemplum quomodo refutandum 136
- Exercitatio Dialetica in interpretandis uocibus 33
- Expositorius syllogismus cur sit appellatus ab Aristotele 122

F

- F**alsa definitio. 181
- Falsa divisio 182
- Fallacia ex figura dictioñis 190
- Fallacia ex ironia 191
- Fallacia ex accentu ibid.
- Fallacia ex dicto secundum ad dictum simpliciter 194
- Fallacia consequentis 195
- Fallacia per propositiones plures 202

Fallacie

I N D E X.

I N D E X.

F allacie	177	186
F allacie extra dictiōnem	186	192
F allacie in dictiōne		196
F allacie accidentium		192
F allacie secundum non causam ut causam		200
F ame descriptio ex Virgilio		61
F atum		43
F atum physicum apud Ptolomeum		ibid.
F ides quid sit		20
F idei definitio apud Paulum explicata		61
F igura		32
F igura prima		106
F igura secunda		112
F igura tertia		113
F ortitudo		28
F ortuna	40	43
F undamentum in relatiis		35
G		
G eneratio quid sit		52
G enius quid sit		10
G loria		45
G ratia in sacris literis	43	50
G ratitudo		27
H		
H abitus diuisio		20
H abitus prima species qualitatis		22
H abitus		

H abitus unde perficiatur	22
H abitus uarietas	23
H abitus predicamentum	53
ὑπόστασις	62
H ypothesis	125
H onestum	52
H onos	45
I	
I gnis quid sit	17
I deae Platonice	9
I ndividuum	8
I nductio	134
I n argumentatione duplex questio	97
I nventionis utilitas	142
I nventionis duplex ratio	143
I nventionis exercitatio	147
I us quid sit	42
I ustitia	27
I ustitia quid sit apud Paulum	40
I ustitia commutativa	224
I ustitia distributiva	ibid.
I usticie uaria significatio	7
I usticie species	27
K	
K atάλυψη	25
K atηγορία unde dicta	13
K athē	

I N D E X.

<i>Kartny op̄iu Latina interpretatio.</i>	15
<i>Koivai'evvoias</i>	103 149
L	
<i>L</i> Aus à genere	158
<i>Lex</i>	26 50
<i>Lex quid sit</i>	39
<i>Leges contra naturam</i>	59
<i>Legis definitio secundum Demosthenem</i>	58
<i>Linea quid sit</i>	19
<i>Linguarum cognitio</i>	7
<i>Loci precipui</i>	153
<i>Loci interiores</i>	154
<i>Loci personarum decem</i>	155
<i>Loci hypothetici</i>	174
<i>Locorum Rhetoricorum & Dialecticorum discrimen</i>	144
<i>Locus à definitione</i>	157
<i>Locus à superiori utili ad inferius</i>	159
<i>Locus à specie</i>	159
<i>Locus à differentia & à proprio</i>	160
<i>Locus totius & partium</i>	162
<i>Locus causarum & effectuum</i>	163
<i>Locus causarum efficientiun</i>	165
<i>Locus à materia</i>	166
<i>Locus ex forma</i>	ibid.
<i>Locus cause finalis</i>	167
<i>Locus</i>	

I N D E X.

<i>Locus similitudinis</i>	169
<i>Locus oppositorum & repugnantium</i>	170
<i>Locus ab autoritate</i>	172
<i>Locus ab exemplis</i>	ibid.
<i>Locus signorum siue communiter accidentium</i>	173
M	
<i>M</i> Agistratus	156
<i>Magistratus quid sit secundū Paulum</i>	64
<i>Malum</i>	45
<i>Materfamilias quid sit</i>	11
<i>Materia improprie sumpta</i>	75
<i>Martialis Epigramma in ineptum Oratorem</i>	98
<i>Maxime</i>	158
<i>Medicina ars</i>	24
<i>Medicina quatenus scientia sit</i>	ibid.
<i>Methodus Aristotelica</i>	147
<i>Modestia</i>	28
<i>Modorum nomina in syllogismis</i>	115
<i>Mores</i>	156
<i>Mors</i>	ibid.
N	
<i>N</i> Arcissus	66
<i>Naturales potentiae</i>	29
<i>Noticie</i>	149
<i>Nugatio</i>	195
<i>Odores</i>	

I N D E X.

	○
Odores	32
Opinio	152
Opinio quid sit	20
Opposito quid sit	88
Oppositorum species	54
Oratio ad quod prædicamentum referenda	19
	P
Parentes	155
Parmenidis scientia apud Platonem	32
Partitio	69
Passio quid sit	52
Patria	155
Pax	47
Peccatum	36 45
Peccatum quid sit	39
Peccatum originis	33
Petitio principij	194
Philosophia quid sit	65
φυσικὴ ἀρετή	74
Ἄρεσθολος	205
Pietas	27
Pici locus contra Hermolaum	181
Plat. locus	98
Plat. syllogismus de immortalitate animalium	107
Platonis locus de divisione	184
plini	

I N D E X.

Plini locus de insufficiendo titulu operis instituti.	82
Penitentia quid sit	66
Prædicabilia	8
Postprædicamenta Aristotelicorum	54
Prædicamenta	13
Prædicamenta quasi pœnū defini ionum	13
Prædicamentorum usus apud Quintilianum	14
Prædicamentorum libri author	14
Prædicamentorum usus	55
Principia regulativa	103
Principia	150. 151
Principium, plus quam totius diuidium	151
Prius quot modis dicitur	54
Pronunciarum	80
Propositio quid sit	79
Propositio contingens	86
Propositio necessaria	ibid.
Propositio indefinita	ibid.
Propositio hypothetica	174
Propositionum diuisio	83
Propositionum oppositio	87
Propositionum & qui polentie	91
Propositiones modales	ibid.
Propositionis uim scire utilissimum est	81
Propositionis partes	84
Propositionum conuersio	90
B	Proprie

I N D E X.

<i>Proprietate passiones</i>	30
<i>Proprijs & differentiæ discrimen</i>	10
<i>Proprium</i>	ibid.
<i>Proprium quid sit</i>	43
<i>Prudentia quid sit</i>	26
<i>Psalmus de concordia explicatus</i>	5
<i>Pugnantia non recte collata</i>	205
Q	
<i>Qualitates ceterae sint</i>	21
<i>Qualitas i. diuīsio</i>	20
<i>Quantitas</i>	18
<i>Quando predicamentum</i>	52
<i>Quantitatis diuīsio</i>	18
<i>Questionum genera</i>	5. 145
<i>Questionum quatuor genera</i>	7 ¹
<i>Questio, quid sit</i>	20. 12
<i>Questio, quale sit</i>	ibid.
<i>Quid sit habitus</i>	22
<i>Quid sit ars</i>	25
<i>Quinq; uocum nō cōwix̄is</i>	12
<i>Quinq; noces</i>	8
<i>Quomodo scientia ab arte differat</i>	22
R	
<i>Ratio</i>	26
<i>Regula Aristote. proprie quod unumquodque est tale</i>	197
<i>Relatiua</i>	

I N D E X.

<i>Relatiua secundum dici</i>	4
<i>Relationes</i>	32. 34
<i>Relationes rationis</i>	41
<i>Relationes reales</i>	ibid.
<i>Relationum materiale</i>	39
<i>Relationum formale</i>	ibid.
<i>Relatiuorum definitiones due</i>	36
<i>Relatiuorum significatio</i>	40
<i>Relatiuorum ordines</i>	42
<i>Relatiuorum dīctyōpœma</i>	48
<i>Religio</i>	2. 28
<i>Res</i>	15
<i>Res gestæ</i>	156
<i>Rhetorica</i>	4
<i>Rex quid sit</i>	11
<i>Rex</i>	34
S	
<i>Acerdos</i>	6
<i>Sacramentum</i>	47
<i>Sacrificium</i>	ibid.
<i>Scientia quid sit</i>	20. 149
<i>Scientia</i>	152
<i>Scire quid sit</i>	149
<i>Sed i. o quid sit</i>	60
<i>Selctionis descriptio apud Virgilium</i>	ibid.
<i>Sensum monentia</i>	30
B 2	Sixus

I N D E X.

<i>Sexus</i>	155
<i>Seruitus</i>	43
<i>Sycopha</i>	204
<i>Syllogismi partes</i>	100
<i>Syllogismi indirecte concludentes</i>	112
<i>Syllogismi uiciosí</i>	105
<i>Syllogismi partes. 5. apud Cicer.</i>	106
<i>Syllogismo quomodo utendū ex Quint. sententiā.</i>	95
<i>Syllogismi expositorij usus</i>	121
<i>Syllogismus quid sit</i>	100
<i>Syllogismus regulæ</i>	ibid.
<i>Syllogismus expositorius</i>	119
<i>Syllogismus Cicer. expositorius</i>	123
<i>Syllogismorum figure</i>	3. 106
<i>Syllogismorum reductiones</i>	116
<i>Similitudo quid sit</i>	34
<i>Situs prædicament.</i>	53
<i>Σόφισμα</i>	204
<i>Sonus</i>	31
<i>Sophistæ</i>	204
<i>Sorites</i>	138
<i>Sorites uiciosæ</i>	139
<i>Species quid sit</i>	9
<i>Species unde dicatur</i>	ibid.
<i>Stylus</i>	3
<i>Substantia</i>	15

Substantiarum

I N D E X.

<i>Substantiarum ordo</i>	16
<i>Superficies quid sit</i>	19
T	
<i>Tὰ τρόπος τι</i>	35
<i>Τὰ ἀντιστέφοντα</i>	38
<i>Tactus</i>	31
<i>Temperamentum apud medicos</i>	40
<i>Terentij locus</i>	26
<i>Terminus in relatuis</i>	35
<i>Thesis</i>	125
<i>Transcendentia</i>	46
<i>Tyrannus</i>	64
V	
<i>V Alle error</i>	203
<i>Vbi prædicamentum</i>	53
<i>Verum</i>	46
<i>Virtus</i>	27
<i>Virtus quid sit</i>	73
<i>Virtutis species</i>	76
<i>Vitanda ἔγχεια in syllogismis</i>	104
<i>Vitæ genus</i>	156
<i>Voluptas quid apud medicos</i>	40
<i>Vitiōrum argumentorum dissolutio</i>	276
<i>Vile</i>	52

F I N I S.

B 3 Philippus

PHILIPPVS
 MELANCHTHON GVILELMO
 REIFFENSTEIN VIRO
 OPTIMO
 S. D.



Vmanissime preceptum est ab Hesiodo Poeta, ut que mutuo sumpseris, pari mensura, aut etiam cumulatiorre reddas. Idque in uniuersum existimat in gratia refrenda pro beneficijs omnis generis præstandum esse. Sed tamen idem Poeta iubet, ut maiore mensura reddas si possis. Ergo itaque, tametsi intelligo quantum tibi pro tua innumerabilibus erga me officijs debeam, tamen quoniam fortuna impediit quo minus id per soluam, ueni an mihi dari peto, quod parum copiosam gratiam hactenus tibi retulerim. Porro ut significationem aliquam gratiæ mentis tibi ostenderem, dedicavi tibi hos de Dialectica libellos, ad utilitatē puericie

puericie scriptos. Et quanquam munus magis idoneum liberis tuis uidebatur quam tibi, tamen ad te potius mittendum esse duxi, non ut te adhortarer, ut in his studijs liberos tuos reuineres: nihil enim erat opus tali te uirum prudentia & de nostris literis honorificentissime sentientem monere: sed quod plus autoritatis arbitrabar hos libellos habituros esse, uel apud tuos liberos, uel apud alios, si tibi probarentur.

Proinde misi eos ad te, ut pro tua prudentia iudicium de eis faceres. Nos quidem prodeſſe uoluiſſimus, & ad Dialecticam reuocare ſtudioſos. Quod uſcuiuslibet conſequeremur, affeſtim uaria exempla, uel tanquam lectionis illecebras, uel profutura ad hoc, ut uſum Dialectices melius cernant imperiti, quod quidem nobis pueris in ſcholis deſiderabatur. Nam præcepta ipsa non decerant, uerum quis in dicendo, aut in iudicando aliorum scriptis uſus artis effet, nemo tradebat. Itaque quanquam alicubi uideri poterit inceptum, ad ſcripti præceptis multos locos ex bonis autribus, & ex ſacri literis ſumptos, & ut lumen adferrent exempla præceptis, & ut uideri posset quantum utilitatis adferat hæc ars, ad intelligentias doctorum hominum diſputationes.

Neque uero hoc agimus, ut aliorum de Dialectica libros iuuentuti de manibus excutimus. Nihil enim magis

magis optamm, quād ut his clementis instructi adolescentes, gradum faciant ad eos cognoscendos, qui copiosius artem tradiderunt. Extant enim & Iohannis Cæsarij libelli accuratissimè scripti, & Rodolfi Topica. Et Aristotelem maxime uelut omnibus studiofis in manibus esse, ad cuius lectiōē uian sternere hoc nostro commentariolo uoluimus. Quia res iudicabis hoc nostro labore studia discentium adiuuari posse, misimus tibi munus profuturum literis tuis. Sciebam autem futurum ob eam causam, ut non modo gratum esset, sed etiam uideretur tibi am plissimum, quoniam uelut ad patrimonium liberorum tuorum pertineret. Vale fœliciter. Ex Viteberga,
Calendis Iulij.

**

De Did

DE DIALE^t CTICA LIBER PRIMVS.



I ALECTICA,
est ars ac uia docendi. haec enim est proprie uis Dialeticae. Porrò omnis docendū uia ac ratio consistit in definiēdo, diuidendo, & argumentando. Definimus autem, cum aut nomen interpretamur, aut quid res sit exponimus. Diuidimus, cum membra aut partes enumeramus. Argumentamur, cum aliam sententiam ex alia ratiocinamur.

Non dissimilis mihi ars scientie numerorum uidetur. Nam dum in explicandis causis, nudas res nobis ob oculos ponit, tanquam numeras uniuscuiusq; causas, aut effectus, aut partes, supputat ex quibus fontibus omnia orientur, & quomodo inter se consentiant omnia, que in controversia posita esse dicuntur. Que qui non animaduertunt, non possunt recte indicare de negotijs paulo obscurioribus. Vul

A gni

DIALECTICA

gus audit nomen religionis, at si interroges, quid sit religio, aliis aliud respondebit, bonam partem audiens in eo errore esse, ut somniet observationem rituum externarum esse religionem, seu Christianismum. At dialecticus consulet suos locos, et ex his requirat, quae res sit, que sunt eius cause, ubi sit positio, in animi affectibus, an in ritibus.

Cum ad hunc modum ad dialecticen res exigitur, natura eius penitus peruidetur, ut eleganter Plato scriptum reliquit, dialecticā oculos humanos in barbaricum coenū infossos sensim attollere et abstergere, ut in iudicando acutius videant. Et quidem ita anteponit omnibus artibus alijs Plato hanc, ut aliis neget res intueri ipsas, sed somniare de rebus, hanc unam dicat uidere, ut ipsius uerbo utar, et dūrare. Nam hec una id, quod in quaq[ue] re certissimum est, demonstrat, et nos tanq[ue] in rem presentem dicit.

Nomen dialectices à διαλεγομέναι fit, quod differere nostri uerterunt, id est, distincte aliqua de re dicere, significat autem colloqui et cōferre cum alio aliqua de re, ut sit dialectica, sive differendi scientia, id est, distincte explicandi, sive scientia qua respondet apposite ea de re, de qua queritur. Ideo Plato scientiam scripsit hanc esse οἰνούσαις καὶ ποδεξεῖδαις λόγος, quam qui non tenent, ha sepe in disceptando, de Alijs interrogati, iuxta proverbiū

PHIΛ. MΕΛ.

proverbium, de cepis respondent.

Est autem proprium et principale officium dialecticē docere. Id sit definiendo, diuidendo, ratione sinando, que quam afferant utilitatem, postea cognoscetur ex p̄ceptis. Nam latius utilitas huius artis opinione imperitorum patet. Id in tractandis causis paulo obscurioribus comperimus, que nisi hac adhibita arte, lumen accipere non possunt. Ideoq[ue] dialecticis libris Aristoteles Organū nomen fecit, quod instrumentū essent omnibus de rebus ordine et rite docendi. Nobis pueris obscure tradebantur dialectica in scholis, nec frē quisquam ex p̄ceptoribus artis uim intelligebat, id inde accedit, qui nullum stylū usum habebant. Nam p̄ceptiones sine usu non satis intelligi possunt. Proinde, ita denum dialecticen recte discetis, cum adhuc usum scribendi, et accuratius de causis obscurioribus disputādi. Nam stylus p̄ceptis lumen effert. Ergo p̄ceptiones simpliciter et, qd aut, pingui Minerua tradā, video enim hanc artem dum scriptores nimis student argutij, et ad uinū omnia testecant, obscurā esse. Placet id quod p̄ceperunt καθετοὶ τὸ στοχεῖον. Et ars ipsa domit nobis et in anīmis nostris nata, sicut numerādi scientia, plana et facilis est. Est enim p̄pmodū natura in quedam, qua per iudicem revū inter se ordinē.

4 DIALECTICA

Inter Dialecticen & Rhetoricen hoc interest. Non enim liber & $\omega\tau\theta\mu\omega$ s discernere quod dia lectice nudam causam brevibus uerbis, et tanquam punctis designat: Rhetorica addit elocutionem inventis à dialectica, et uelut ornamentis uerborum & sententiarū uestit. Haec in omnibus negotijs tanquam primas lineas cause dicit, sed Rhetorica addit uiuos colores. Est enim elocutio propria Rhetorices. Nec in perplexis negotijs uidetur quibiam cause statum, et qua $\omega\tau\theta\mu\omega$ ex obiter addiderit Rhetorica, nisi dialecticæ peritus. In Milioniana causa hoc syllogismo Cicero usus est. Vim uirrepelle re licet, Milo uim à capite suo depult, Ergo Clodius iure occidit. Haec quomodo cohererant tum de modum perfici rectius poterunt, cum erunt ad hunc animus, dum in eo tractando commoratur. Aliubi ita ratiocinatur Demosthenes. Imperia scelere & fraude partano sunt diuturna, Philippi imperium non est iure partum, Ergo non erit diuturnum. Sed nisi pluribus uerbis ornaretur res ipsa tantum provocul ostensa, non satis intelligeretur, et sepe leuius iusto uidetur argumentum. Addita estigitur similitudo.

litulo, sicut domus et nauigij et similiuin funda menta firma esse oportet, ita actionū initia causasq; iustas esse conuenit. Extat inter Psalmos Encomium concordiae, ibi dialecticus simpliciter dixisset, cordian uilem esse hominibus, quia Deus iuuet cordes, sed addidit Propheta similitudinem de belamo et rore. Ita dialectica excerpit ex oratione longa summatum argumenti, et ornamenta detrahit, ut intueri nudam rem proprius possis, et expendere utrum recte inter se omnia cohaerant.

DE QUESTIONIBVS.

Cum Dialectica uiam ac rationem tradat explicandi obscuras causas, principio in omnibus negotijs considerandum est, utrum de una uoce litigetur, an de integrâ oratione. Nam questiones dilecti singulis uocibus constant, aliæ integrâ oratione. Est autem à Grammaticis petendum, quid sit integrâ oratio, nempe que planam et integrâ sententiâ iam nomine et uerbo effert. Hic de una uoce queritur, cum disputatur quid sit religio, quid fortuna, quas habet partes religio. Porro ad simplices uoces explicandas, duas dialecticæ partes comparatae sunt, formulæ definitionum et divisionum. Hic monedi sunt pueri, ut cum aliqua de uoce controversia oritur, statim recurrent ad formulas definitionum et di visionum,

missionum, tanquam ad sacram ancoram, ubi rationem inuenient excutiendi uocabuli: sed paulo post huius rei exempla proponemus. Hic uero de oratione litigatur, sit ne pium bellare, iure ne Cesarem Brutus et Caesarius occiderint. Tertia dialectica pars, uidelicet formulae argumentorum, ad excutendum hoc genus questionum pertinet.

DE DEFINITIONE.

Ita sunt inter se cognatae artes, ut subinde quidam mutuentur aliæ ab alijs. Dialectica enim mutatur proprium sermonem à Grammatica, propterea initio disputationis præstandum est, ne qua vox ambigua, aut ῥῶπον οὐ καὶ ω, negotiū faciat concertantibus de rebus, sæpen numero autem sit, ut de uerbis tantum, non de rebus acutis homines inter se dissentiant, ut Stoici uerbis dissentiebant à Peripateticis, cum πτοχῇ μὲν contendenter appellanda esse quædā, que bona uocabant Peripateticī.

Fecerunt igitur dialectici duo genera definitiōnum. Primum genus, definitio nominis est, easim pliciter εἴτε μολογία uocabuli est, seu enarratio qualisq[ue], qua de uoce constituimus, qua significatiōne uti uelimus: ut cum pacisciūr quid sacerdotem uocare uelimus, diaconum Ecclesie, an cum qui ius habeat placandi Dei, rogandi aliquid et cetera. Sic cum

Sic cum de Christiana iusticia disputatur, constitutum est initio, quæ uerbi uis sit. Nam iusticie non aliás complectitur omnes uirtutes, aliás significat unam certam speciem, aliás tantum significat imputationem seu approbationem. Sæpe utuntur sacræ literæ nomine benedictionis, est ergo uis uerbi explicanda, cum in disputationem incidit, significat enim benedicere, favere, iuuare, fortunare, ut in Encomio concordie, ibi: Mandauit Deus benedictionem, id est, concordes iuuat Deus, fortunat eorum consilia et actiones. In hunc usum præcepunt de definitione nominis, ne sermonis uicio disputatione obscuretur. Ad hanc rem utilis est cognitio phrasis earum linguarum, ex quibus controuerſie nascuntur. Et tanquam pacisci inter se hi, qui de serijs rebus dissentiant, ante debent, quomodo uerbis uti uelint. Ac sæpe fit in grauiſsimis negotijs, ut alter alterum ludificetur amphibolia uerbi: sic Pelagius imponebat aduersarijs, cum uarie utebatur uerbo gracie.

DEFINITIO REI.

Cum de nomine conuenit, traduntur et rei definitio[n]es. Est autem rei definitio oratio, quæ rei partes, aut causas, aut accidentia exponit. Postquam

enim conuenit adpellatione pœnitentiae significari mutationem uoluntatis in melius, postea percensendæ sunt partes illius mutationis, Contritio, fiducia &c. Sunt autem multæ formulæ definitionum huius generis, quas paulo post enumerabimus. Nunc quia sermones explicantur, & plerumq; uerbis communioribus angustiora uocabula declarantur, initio artis dialectici uocum ordines tradidere.

DE QVINQVE VOCIBVS.

Gradus quo sdam uocum Dialectici fecerunt, quibus discerni possint cōmuniōra uocabula ab angustioribus: id eo pertinet ut signate ac perspicue res efferaamus. Infoeliciter enim doceant, qui in definiendo uerbis utuntur non satis ad rem appositis, ut cum definiunt hominem bipes animal esse, cum sint ex galline bipedes, ridicula definitio est. Porro gradus uocum sic uocant, genus, speciem, differentiam, proprium, accidens. Hæc tum univerſalia appellant, id est, cōmuniā nomina, tum p̄diciabilitia, id est, uoces, que alijs uocabulis explicandis tribuntur. ut si quis dicat, bellum esse partem officij magistratus, hæc interpretatio p̄dicari de bello dicitur. Nos sic numerabimus, Primus uocū gradus est, ut ab infimis & tanq; ḡnō yōmuñs ordinamur, individualū, sic appellat id, quod Grammatici propriū nomen

nomen dicunt, unius tantum rei appellationem. Nam aut unius rei una aliqua est appellatio, ut Bucephalus, aut ita circumscribimus, ut perspicuum fiat non significari multa, ut Cherilus Poeta apud Alexandrum.

DE SPECIE.

Ab individuali proxime colligit mens unū quādam formam, ut cum uideris multos equos, circumfēs animo impressam imaginem equi, & tanquam pictum simulacrum, ut ubiq; gētium agnoscas equū. Eam imaginem Dialectici speciem appellant, nam in sermone, ut res quæ alioqui in infinitum patebāt, in summam contraherentur, hæc forma nominata habent. Estq; species nomen commune proximum in individuali, ut si queras quid sit Bucephalus, respondet, equus. Nam communib⁹ uocabulis angustiora declarantur, uerum proximis tamen utendum erit. Plato uocauit Ideas, que Aristoteles &c dicit, appellat, ut Architectus habet in animo imaginem dominus inclusam, quam in ædificando imitatur: Pictor speciem mulieris eximiā, ad quam in Helena p̄gendantium dirigit. Sunt autem hæc forme, non id quondam in scholis inepti quidam docērunt, res extant intellectiōem, sed cogitationes que informant eū modi simulacrum.

DE GENERE.

Genus, est nomen commune multis speciebus, ut animal homini, equo, leoni: uxor, matris familiâs & concubine. Nam si queras, quid sit leo: respondetur, animal. Si queras quid sit Narcissus, respondebitur, flos. Nam questio quid sit, ad Genus et Speciem pertinet.

DE DIFFERENTIA.

Differentia, est nomen quod cum genere certam speciem constituit, seu quod species eiusdem generis discernit, ut homo est animal, habens mentem. Ibi mente babere, separat hominem a reliquis animalibus.

DE PROPRIO.

Proprium, est nomen, quod competit uni speciei tantum, idq; uniuerso: ut loqui, numerare, canere, competit homini tantum, idq; ita, ut omnes homines sint idonei ad loquendum, canendum &c.

In scholis docuerunt differentias partem rei significare, ut mentem habere. Nam mens pars est hominis. Proprium uero certum officium speciei, ut numerare. Sed quiaferè ubiq; differentias rerū per officia aut accidentia, itaq; pges & x̄os circumlocutum, nos proprium, quod uocant, non admodum superfluo separabimur, & differentia. Nam et Aristoteles in

teles in Topicis proprij nomine differentiam complexus est. Matrem familiâs definit Cicero uxorem, quæ uenit in societatem bonorum: Concubinam uero, quæ non uenit in societatem bonorum. Hoc loco societatem bonorum, differentiam uocabimus. Item Rex est Magistratus, qui unus rerum potitur, & ex certis legibus Rempublicam administrat. Genus in hac definitione, Magistratus est: Vnum potiri rerum, differentia est, quæ Regem ab alijs speciebus Magistratuū separat. Administrare Rempublicā ex certis legibus, differentia est, separans Regē à Tyranno. Proinde, Differentia uocabulū est, quod quo modo specie à reliquis speciebus differtē separat.

Hic quoq; pueri docendi sunt, quod uerba in definitionibus significant potentiam. Homo est qui loquitur, id est, qui loqui potest.

ACCIDENTS.

Accidens est nomen significans quiddam, quod tum adesse, tum detrahi alteri potest, ut calor aquæ vel adesse potest, uel detrahi. Quanquam autem sese accidentia ita habeat in substantijs, ut re ipsa nunquam separantur, ut in igni calor, in cygno albedo, in corvo nigredo, tamen ratio separat, & peruidet non esse substantiae partes colore, album, nigrum, cum alijs corporibus alijs adsint, alijs admantur.

Quæstio

Questio quid sit, querit de specie ac genere.
Questio quale sit, querit de differentia, proprio
& accidente.

REGVLAE.

Iam hoc uidendum est, que utilitas colligenda sit
ex his uocis gradibus, illauerò offeret se paulo post
in definiendo. Sed interea hoc animaduertendū est,
genus, speciem, differentiam seu proprium, ita esse
cognitā, ut necessario cohaerant, ut homo est ani-
mal, homo est animal mentem habens, homo est ani-
mal, quod loqui, numerare potest. Que omnia ita
sunt connexa, ut diuelli nō possint, et ut paulo post
docebimus, ex genere, specie, & differentia seu pro-
prio conficiuntur necessaria pronunciata, sed acci-
dens non necessario cū alijs cohaeret, ut, Phalaris est
Tyrannus, Cæsar moderate uititur uictoria. Quia
quam enim accidentia sāpē ita comitentur res, ut di-
uelli ab illis non possint, sicut umbra corpus comita-
tur, tanè ut corpus aliud quiddam est, aliud umbra,
ita aliud accidentia sunt, aliud substantia. Et in lon-
gis controuersijs diligenter considerandum est, quid
ad rei naturā, de qua differitur, proprie pertineat,
quid extra causam dicatur. Id autem iudicare nulli
poterunt, nisi intelligant cognitionem generis, spe-
ciei, differentiae & accidentis.

De Pra-

DE PRAEDICAMENTIS.

Prædicamenta sunt certi quidam ordines uocum
inter se cognatarum. Estq; hæc supplex definitio-
num. Nam inde uelut ex pœnu mutuamur definitio-
nes, quecumq; vox inciderit, de cuiu natura dubita-
tur. Prudenter autem et res omnes, et uocabula
omnia in hos ordines docti homines distribuerunt,
& à substantijs accidentia separarunt, et classes
quædam rerum fecerunt, ut uniuersæ naturæ ordi-
nem in animo concipere possent, et dicturi quacumq;
de re in promptu haberent definitionem, et statim
in his tabulis cernerent, quid singulis rebus cogni-
tum sit, quid alienum.

Nomen nætrū ogīæ à foro sumptum est, et si-
gnificat accusationem: ut enim in accusatione necesse
est aliquid certi dici de reo, ut Vteres est fur: Ita in
omni propositione aliquid de alio dicitur. Et in his
uocum classib; ostenditur, quæ uocabula quibus tri-
bui apte possint, et quam uarijs modis iungantur
uoces. Alius enim modus est, cum dico, uirtus est mo-
tus animi: Alius modus est cum dico, uirtus est uti-
lis. Ideo hi ordines dicuntur nætrū ogīæ, quia
ostendunt hanc uarietatem aliud de alio diceendi. Boe-
tius uerit prædiciones, Fortasse planius esset ac-
cusationes. Ita enim intelligi posset, uocabulum à fo-
ro sumptū esse, et requiri hic diligentium, qualis in
fóro ag-

14. DIALECTICA

foro ac iudicij adhibenda est, ut proprie & apti
aliquid de alia dicatur. Est autem Architas autor
eius libri prædicamentorum, qui inter Aristotelicos
extat, & fecit ipse operi titulum περὶ τῶν καθέλκε-
λόγων, quia sunt communes loci, ex quibus oratio
de omnibus rebus sumitur. Simplicius Aristotelem
scribit primum κατηγορίας appellasse decimil
la capita uocum, Substantiam, quantitatem, qualita-
tem, τις τι, ubi, quando, situm, habitu, actione,
passionem. Quintilianus fecit has formas statuum,
sentit enim per omnia prædicamenta, qd accunq; res
proposita fuerit, eundum esse. Ut si de uirtute dicen-
dum sit, primum substantiam excutiendam esse, quid
sit uirtus. Deinde quantitatem, quanta sit, seu quas
partes habeat. Tertio, qualis sit, & si non sit. Quarto,
utilis ne sit. Quinto, ubi sit, in animo ne. Sexto,
quando, in quam etate cadat. Postremo, quid agat
seu efficiat. Sic illi omnes uoces sine discrimine per
omnes Categories errabunt. Nos malumus commu-
nem consuetudinem scholarum sequi, & singulis Ca-
tegorijs singulos ordines uocum assignare, & tan-
quam cuiq; uoci certum domicilium tradere, & nō
modo uocabula, sed rerum naturas discernere, &
cogitatione substantias ab accidentibus, accidentia
a se munro diuellere. Porro quan utilitatem adserat
prædicamentorum cognitio, colligi potest ex his
que dixi

que diximus, suppedant enim omnium uocum defi-
nitiones, sed cuiusq; uocis definitio ex suo ordine,
tanquam ex sua ciuitate petenda est.

DE SUBSTANTIA.

Vocum aliæ significant substantiam, aliæ acci-
dentia. Substantia est, que fulcit et sustinet accidentia, ita ut plerisq; uel abiectis, uel mutatis, tamen nō
neceſſe sit id, quod illa sustinet, mutari: ut aqua manet, uel cum calet, uel cum friget. Et ut substantia
non exuat omnia accidentia, quibus teat latet, ta-
men ratione possunt ei detrahiri. Verum ut cognoscit
substantie possint, in tabulis spectandas propone-
mus, & à summo genere ducemus eius species.

Sed priusquam afficias tabulas prædicamento-
rum, meminisse oportet, primam uocē inter omnes
uoces esse nomen Enis, seu Res. Dialectici maluerūt
uti nomine Entis. Deinde scias Enti subiecta hæc
duo, Substantiam & Accidens. Ac prodest hunc
uocum ordinem tenere, ut sciat mens in explicatio-
ne uocabuli quoq; progredi, et ubi resistere opor-
teat. Nam cum speciem aliquam in genera & diffe-
rentias resolueris, tandem peruenies ad Entis no-
men, in quo resistere oportebit.

Substantia,

Hic est ordo substantiarum, unde cum incidente aliquo de substantia disputatio, definitio colligenda est. Nos differentias specierum infimarum non appossumus, quod ea ferre per accidentia circumloquuntur, ut: Ignis est corpus simplex, calidum et siccum. Aer est corpus simplex, calidum et humidum. Adams est gemma candida, tanta duricie ut scindat dias gemmas. Si de anima quereras, uides nos posuisse inter substantias incorporeas, erit itaque sic definenda. Anima est substantia incorporea, pars substantiae hominis. Nos peculiarem substantiam esse parabilem a corpore facimus, Virgilius sensit esse uitales spiritus, qui sunt in sanguine: Purpureant uomit ille animam. Idem senserunt, qui animam ignem esse dixerunt, Virgil. Igneus est illis uigor. Nam uitales spiritus sunt calidi et humidi. Et qui harmoniam esse uoluerunt, qualitatem temperaturam animam uocarunt. Reliqui ordines accidentium sunt, que quia cogitatione diuulsimus a substantiis, per se iam nobis consideranda sunt sine subiectis, in quibus haerent. Fit enim sepe ut de accidente aliquo sine persona dicatur, ut cum de uirtutis natura et dignitate disputant, sine personae eliciunt mentione. Sunt autem monendi pueri, duplicita nomina ab accidentibus nasci, substantia uitas formas significant sine subiecto, ut albedo, poetica,

B. l. x.

B. l. x.

C O R P O R E A . S U B S T A N T I A . I N C O R P O R E A .

S I M P L E X . M I X T A . E X .

Elementa.
Elementa.
Elementa.

Deus.
Angeli.
Anima.

Corium,
Elementa.
Ignis, Aer.
Aqua, Terra.
Furni.
Fulmina.
Metalla ex sulphure, quod ex pingui
aere fit, et argento uino, quod ex subtili terra
et aqua concreatum est, nascitur.

A N I M A T A . S E N T I E N S . I N A N I M A T A , ut lapides,

NON SENTIENS. utrum, gemme, Adams,
Plantes, herbas, Narcissus, Hyacinthus, et contraria
nomina, mortuus trunca.

Animal.
Rationale. Irrationale. arbores fructicos.

Homo. Leo.

Plato.

Astinus.

Hic pars substantiarum referenda sunt, ut pes, manus, caput.

lex. Et his utimur in his ordinibus. Nam accidentia detracta à substantijs per se consideramus. Vocantur aut vulgo à Dialecticis abstracta. Adiectuano mina, formas cù subiectis significant ut albus paries sic & poeta. Dialectici vulgo concreta appellant.

Ad extremum hoc monedi sunt pueri, duplicum usum esse uocabuli substantiae. Nam in hoc predicatione substantiam uocamus, naturam aliquam, per se existentem. At aliquando abutimur nomine substantiae, cum de accidentibus loquimur, et substantiam appellamus, cù ipsum accidens per se consideramus, sine circunstantijs, ut cum dicimus de substantia legis esse, non repugnare iuri nature. Ita pro definitione, aliquā substantiā, aliquād essentiā dicimus.

DE QVANTITATE.

Quantitas primum locum habet inter accidentia. Tribuit Aristoteles quantitatem omnibus ijs, quæ dividuntur, et scribit proprium esse quantitatis dividendi, idq; à quantitate tum substantiam, tum qualitatem mutuari. Proinde ita definieamus. Quantitatem esse quæ proprie dividitur, sicut magnitudo in spacia, numerus in unitates.

Fecerunt duplicem quantitatem, Continuam & Discretam. Continua est, cum quærimus quantitates sit. Discreta, cum quærimus quot sint.

CON-

CONTINVAE SPECIES.

Linea est longitudine sine latitudine & profunditate. Quanq; enim separari haec non possint, tamen lineam uocamus, cum solam longitudinem concipi mus. Superficies est latitudo sine profunditate, sicut enim ab unitate numerus oritur, sic à puncto linea, à linea superficies, & linea clauditur. Corpus est longitudine cum latitudine & profunditate. Nomen corporis hic solam magnitudinem significat cogitatione separatam à subiecto, quemadmodum Mathematici corpus uocant, qui non de substantia, sed de magnitudine dimetienda loquuntur.

Discretæ species, numerus est. Addiderunt & orationem, cuius natura non est absimilis numero, quia numerat uoces ac sonos. Sed ut in omni uita preceptum, ne quid nimis, seruari iubent. Ita in docendis pueris maxime mihi uidetur prestandum, ne artes obscureretur nimio studio argutiarum. Itaq; hanc de oratione disputationem relinquo, & orationem uoci, quæ inter qualitates reponitur, subiectam, crasse forsitan, sed ego pingui minera cupio Dialecticen tradere. Non late patet in ciuilibus disputationibus usus huius praedicamenti, itaq; non connotor abimur hic diutius.

DE QVALITATE.

B 2 Quiditas

Q V A L I T A S.

H A B I T U S P R I M A S P E C I E S.

Corporis, ut palefrictus, Saltatoria.

Animi.
Intellectus dicitur noticia. — *Voluntatis, sunt habitus qui inclinant ad agendum.*

Noticiae simplicis. — *Noticia complexi*
dicitur *affensis.*

Opinio est incertanotia seu firmus affensus demonstrationis, hoc est, propositum necessarium coherentium. Ars est que scientia ad usum accommodat. Hoc proprio sensit.
Huic uincula est suus affectus.

Fides est firmus affensus promissionum diuinarum, ut effienti Christi promittent remissione peccatorum, fides est. Et de hac fide proprio loco quitur scriptura, cum fidem predicat. Et hac fides proprio significat fiduciam misericordiae, hoc est, motam voluntatis, quo acquisit uoluntatem cogitam misericordia.

sensit Aristoteles in discernanda arte ex scientia. Medicina est scientia quatenus querit demonstraciones, causas et effectus. Sed ars est, que haec applicat ad singularia; et alias aliter accomodat, pro diversitate circumstantiarum. Architectonica est scientia quatenus in ipsa Geometria querit demonstrationes. Sed ars est quatenus accommodat precepta ad edificationem. Arithmetica speculativa scientia est. Illa uero vulgaris practica, ut vocant, ars est. Dialectica est scientia, quatenus suorum praceptorum demonstrationes habet. Ars est quatenus precepta ad usum accommodat. Scientia circa universalia uersatur, ars circa singularia. Sicut scientia et ars differunt, ita differunt sapientia et prudentia.

Qualitates sunt forme omnes, que sensibus subiecte sunt, preter quantitatem, sed aliquando latius patet qualitas, quam ut haec puerilis definitio, quam modo tradidimus, satis sit. Sunt autem qualitates ferre instrumenta actionum, seu vires, quibus in agendo substantiae utuntur, ut calore agit ignis. Sunt item animi qualitates, ut per Rhetorican per spicula dicuntur, per iusticiam recte decernitur. Magnus usus huius predicamenti est in omnibus causis et crebro hinc petuntur definitiones, quare et nos locupletiores ordines hic instruemus,

22. Dialectica
Species qualitatis.

Prima speciem qualitatis fecit Aristoteles εξιη, quod habitum nostri, alij habilitatem maluerunt. Nam Virgilius uidetur εξιη definisse, cum ait: et membris habilis uenit uigor. Est enim εξιη qualitas uel animi uel corporis, consuetudine agendi pars, qua facilius et certius aliquid agimus, sicut palestrica corporis εξιο est, quia illius regitur, et certius scribit. Ars pingendi est εξιο, qua manus affectu facta est, ut certius pingat. Diximus autem εξιο consuetudine agendi effici, sed necesse est in natura instrumenta actionum esse, quomodo enim pingat cæcus aut aliquis truncatis manibus? Sed in plerisque non sola exercitatione, sed etiam naturali quodam impetu nascuntur εξιο, ut in uirtutibus heroicis fortitudo non ex sola exercitatione in magno imperatore, sed diuino quodam impetu naturali oritur. Poetica in bonis poetis ad eundem modum naturali quodam impetu constat, ad quem tamen accedere exercitationem oportet, si impetus recte et appellatur, et est diuinus motus, quo excitatur ad agendum animus, et efficitur εξιο.

Dixi quid sit εξιο, nunc species recitatibus quarum definitiones, quia sepe cadunt in ciuiles causas, diligenter sunt obseruandæ. Vides hinc et Ciceronem

PHIL. MEL. 23.

Ciceronem mutuatū esse definitionem poetices pro Archia, cū sic raciocinatur, Poetas esse honore afficiendos, ergo retinendum esse in urbe Archiam. Antecedens probat ex definitione artis, Poetam natura ualere, et mentis uiribus excitari, et quasi diuino spiritu afflari.

Quemadmodum supra monuimus substantiam deprehendi ex accidentibus. Nam maluan ab ab synthio figura et sapore discernimus, ita rursus accidentia discernuntur per subiecta. Ita mutuas operas tradunt inter se accidentia et subiecta. Est itaque obseruandum in definiendis accidentibus, in quare singula hærere possint. Hinc enim differentiae accidentium pertinentur. Adparet enim alia propria corporum esse, ut colorem, alia propria animi, ut religionem. Colligemus itaque species habitus, sic enim et Cicero εξιη vocat, et tum definit, tum partitur hoc modo. Habitū adpellamus animi, aut corporis constantem et absolutam aliquam in re perfectionem. Sunt itaque habitus, alij animi alij corporis. Qui in animo herent alijs ad intlectionem pertinent, ut artes, seu scientiae, et prudentia. Est enim ars cognitionis rei longo usu confirmata ex certis principijs certas conclusiones colligens. Sicut enim lana sepe tincta nouo colore inficitur. Ita mens sepe eadem de re cogitans, induit rei cognitionem tanquam

B 4 colorum.

colorem. Est enim ars uelut color quidam mentis, seu, ut in cæram signa imprimimus, ita menti rerum simulachra imprimuntur. Hinc mutuatus est uetus Poeta uersiculum.

Sophiam me Graij uocant, Latini sapientiam.
Usus me genuit pater, mater peperit memoria.
Et Ouid: Solus et artifices qui facit, usus erit.

Animaduertent enim tum demū artem effici, cum sepe idem cogit assensu, seu cum longa confutidine alte in animum rei uestigia impressa essent.

Aristoteles artem tribuit mechanicis, scientiam speculabilibus, prudentiam practice materie, ut uocant, sed nos hic non discernemus illas uoces usq; adeo subtiliter. Nam et Latinu ueteres, et Greci sepe utuntur artis nomine pro scientia. Tantum hoc obseruent adolescentes, quid propriæ artem seu scientiam adpellent, prodest enim id scire, ut facilius animaduertant, que sint in doctrinis certa, que sint incerta. Nam et aenam habent proprie artis adpellationem, que demonstrationes continent, id est ubi necessario sequuntur ex certis principijs certe conclusiones, sicut fit in Arithmetica et Geometria. In medicina sunt certa quædam principia, ex quibus certæ quædam conclusiones sequuntur, atq; etenim scientia seu ars est, sed præter certas conclusiones, multas habet uerisimiles sententias et conjecturas,

quarum noticiam uocant opinionem, non artem. Idem iudicari de scientia iuris potest, que ad eundem modum habet quedam firma et certa principia, ex quibus certæ quædam coclusiones necessario sequuntur, atq; etenim uere scientia seu ars dici potest, sed præter necessarias conclusiones habet multas incertas et uerisimiles conclusiones, quarum noticiam opinionem uocant. Fabius libro secundo, definiens artem, ait, eam constare ex præceptionibus consentientibus, et coexercitatis ad finem uite. Haec definitio propter Grecismos subobscura est: est enim à Grecis sumpta. Nā apud Lucianū extat his uerbis: Τέχνη εἰς τούτην τελείωσιν εἴη γε γνωμονευών, πρόστις τελείωσιν εὐχείσωμεν εἰς Βίος. Id est: Ars est ordo certarum propositionum, exercitatione cognitarum ad finem utili-lem in uita. Vocat enim εγκείσθητος propositiones certas et firmas. Nam κατεύθυνται sunt, que certa comprehenduntur, ut ex Academicis questionibus Ciceronis adparet. Et quia ars usu fit, addidit exercitatione comprehensas esse. Nam usus lumen adserit præcepis, et facit ut facilius sequamur precepta in agendo. Postremo omnis ars debet utilitatem aliquam adferre, ideo postrema particula definitionis de fine adiecta est.

ARTES.

Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Mathematica &c.

Querat aliquis, unde differentiae harum artium petantur. **Respondeo**: ab officio esse petendas, si-
c ut plerumq; accidentium. Rhetorice officium est
elocutio: Dialectice, iudicare recte ne coherent
argumenta: Arithmeticæ, numerare: Geometrie,
metiri magnitudines.

Prudentia est habitus, qui secundum rectam ra-
tionem deliberat & iudicat, sicut ille ait: Tanto me
impensis aquum est consulere, atq; omnes fortune
expendere casus, quasi dicat: Quia tu affectibus in-
dulges, qui cum recta ratione & consilio pugnant,
me consulere oportet secundum rectam rationem.
Recta ratio est, cognitio tum earum sententiarum,
quaæ natura sunt omnium animis inscriptæ, ut Nemi-
nem esse ledendum: Gratiam esse reddendam bene-
meritis: Obtemperandū esse Magistratibus & pa-
rentibus: sicut enim oculi naturaliter uident, ita
mens natura sic sentit, tum cognitio est aliarum le-
gum diuinarum seu humanarum.

Sub prudentiae nomine ponit potest uocabulum
legis, sed quatenus significat sententiam quandam.
Nam cum propriissime loquimur, non est simplicia-
ter nomen absolutionis, sed relativum, quia significat
sententiam

sententiam aliquam, sed ita, ut sit posita à legislato-
re, aut comprobata consuetudine.

AD VOLUNTATEM PER-
TINENT VIRTUTES.

Virtus est habitus qui incitat ad agendum secun-
dum rectam rationem. Iustitia est uirtus que suum
cuicq; reddit. Sic enim ex Iure consulti scripserunt,
esse constantem & perpetuam uoluntatem, id est,
que imitetur certam quandam & immutabilem sen-
tentiam natura hærentem in animis, quæ docet ex-
dictat suum cuicq; reddendum esse. Ut enim Architec-
tus scit, domum semper ex fundamento, tecto &
parietibus costruendam esse, ita iusticia semper suum
cuicq; reddit uult: sed quemadmodum area uarijs sunt,
ita casus uariant.

IVSTICIAE SPECIES SVNT;

Pietas, quæ ius suum cognatis, item Magistrati
bistribuimus, nempe honorem.

Gratitudo, quæ reddimus pro officio officium.

Amicitia, quæ reddimus pro benevolentia mu-
tuæ benevolentiam. Cognata his beneficentia est,
qui gratis benefit alijs. Sunt enim in uniuersa natio-
te sic omnia inter se deuincta, ut alijs aliorum ope in-
teger, iuxta illud, χεὶς χεὶς vītīς,

Inter

Inter Iusticie species etiam Religionem numerant: Est enim Religio, qua Deo reddimus id, quod debemus, uidelicet, timorem et fiduciam erga illum.

Fortitudo uirtus est, qua uel aduersa repellimus, uel dolore in perferēdis aduersis moderanur, uel leticia in secūdis rebus frenamus, ne quid turpiter letitia aut dolore p̄moti faciamus. Sicut Horatius dixit:

Aequam memento in rebus asperis
Seruare mentem, non secus in bonis,
Ab insolenti temperata māletia.

Modestia est uirtus, qua in nostra de nobis existimatione, sermone, gestu, et uoluptatibus mouet nos, ut nature ex legibus obtemperemus.

Has definitiones posuimus, ut ad earum exemplum definirent studiosi reliquos habitus, quos pretermittimus. Nam persequi omnes species uirtutum, item uicia omnia, nam huc etiam uicia reponuntur, nimis longum fuerit. Sed est obseruandum hoc quod supra dixinus, quosdam habitus non tantum nostro conatu, uel, ut aiunt, nostro Marte parari: ut ingē robur animi, et despiciētia mortis non tantum in nobis efficitur, sed naturalis quidā impetus diuinitus parit eam fortitudinem. Sic et de Poeticaille dixit:

Impetus hic sacrae semina mentis habet.

Habitus etiam sunt durabiles affectus, ut odium, inuidia, iracundia, misericordia, amor. Sicut alijs

bitus sunt ex crebris actionibus, ita istae durabiles inclinations contrahuntur ex motibus subitis, quā etiam sunt affectus, et pertinent ad ordines Actionum et Passionum. Sicut enim fit dolor corporis, ita oblatare aut iucunda aut molesta, uerberatur et mouetur animus ad eam aut prosequendam aut fugiendam. Et sicut uerberatio corporis notam relinquit in corpore, ita subitus ille affectus relinquit habuum, quales sunt amor, odium et c. Atq; ita apte discerni possunt affectus, in subitos motus, et durabiles inclinations. Nec alibi commodius ponentur durabiles affectus, q̄ inter habitus. Subiti uero ad ordinem actionū animi, seu passionum referantur.

S E C U N D A S P E C I E S.

Aristoteles secundam speciem facit, naturales potentias, hoc est, inclinations. Sicut in Ouidio est naturalis potentia ad Poeticen: in Losquino ad Musam: in Magnete ad attrahendum ferrum: in Vino ad calefaciendum: in Marrubio ad iuuandum pulmonem, ad medendum tussi. Et cum in prima specie res nostra industria partas collocarit, prudenter ad dit. alteram speciem, in qua recenseret eas vires, quae naturaliter ad agendum extimulant. Prodest enim discernere ea que natura insunt ab alijs, que nobis paramus ipsi, presertim cum plurimum interficit in ter habitus

guram, ut circulum, triangulum, quadrangulum &c.
Hæc malunt alij ponere in relationibus, quia sunt
partium inter se comparationes. Apud pueros nihil
opus est illa nimia subtilitate in docendo, sed me-
diocris quedam diligentia requiritur, ut ea que tra-
duntur, non abhorrent à ratione, nec sint omnia
absurda. Quia igitur figure sensus mouent, re-
censentur et ipsæ inter qualitates.

DE RELATIONE.

Cum usus prædicamenti Relationum latissime
pateat, quia in sermone in omnibus negotijs ubiq;
incurrunt relationia uocabula: ex hæc præcipue re-
quirant subilem & distinctam interpretationem,
diligenter in hoc prædicamento adolescentes exer-
cendi sunt, ut eis fibi faciant dextre interpretan-
di hec uocabula. Nam concinne interpretari nemo
poterit, nisi ritè & diu assuefactus in Dialectica.
Sicut grauiissime monet Parmenides apud Platōnē,
cum properantem ad artes paululum reuocat, &
retinere uult in Dialecticis: quod nisi fecerimus, in-
quit, ueritas nos effugiet. Verba eius haec sunt in
Parmenide:

Pulcherrimus profecto & diuinus impetus est,
quo incitatus es ad optimas artes. Verum retrahere
te, & exerce magis in Dialectica, dum iuuenis es, il-
nisi feceris,

nisi feceris, ueritas te effugiet. Itaq; non satis est au-
disse aliquando præcepta de prædicamentis, sed ex-
ercitatione opus est, que assuefaciat ad querendas
aptas & concinnas interpretationes. Quantum in
Ecclesia periculis est, halucinari in talibus interpre-
tationibus. Ibi enim & uero λόγοι si sepius necessaria
rionos obruunt, sepe etiam discordias parvut. Vsi-
tata est sententia, peccatum originis in Baptismo re-
mitti, at quan in ille interpretantur hoc dictum
inerudit, qui somniant ipsum morbum seu uitium
herens in natura humana poenitus tolli. Non intelli-
gunt reatum tolli. Quantam autem ruitam traxit
multarum rerum hæc inerudit a interpretatio, ple-
na sunt huiusmodi exemplorū controversiae de gra-
tia, de iustificatione, de fide, in quibus Pauli senten-
tiam multo esset illustrior, nisi inde omni proprias in-
terpretationes quasi nebulas offusassem. Quantum
lucis accipiunt plerique forenses disputationes
de seruitutibus, de contractibus & alijs multis nego-
tijs, cum in explicando intuemur animo has dia-
lecticas interpretationes, profecto enim proprietas
in definiendo & explicando non potest retineri sine
hac diligentia. Nam ad proprietatem retinendam
opus est loqui artium more, & referre ad artes ea
que exponimus. Hoc qui non faciunt, sophistice mul-
tamiscent. Inde oriuntur ambiguae opiniones, que
pariunt

Conclusio prop
perta re eas
multo infi
est utraque
A grauij ex
pletu uerbi
medij state
argu:
prova rel
+ doct sim
no punc
ad quod
linea
no bellu
eo de la
ale et ar
originalis
damptis se
grauij d
de tamen
et illis ve
non tam
roga mera
prædat uelit
et prospic
vocabulor
p. v. v. v.
dialektism
De B. m.
de grauitat:

pariunt incommoda infinita. Quare magnitudo uti
litatum inuitat adolescētes ad hanc exercitationem.
præsertim cum res non sit difficultis propositis ali-
quot exemplis, postea mediocris cuiusdam diligen-
tiae est in alijs similiter inuestigare fontes relatio-
num & metas. Initio autem pauca quædam prece-
pta trademus, postea genera & classes subiiciemus.

PRIMA REGVLA.

Vocabulorum alia dicuntur *absoluta*, alia *rela-*
tiva. *Absoluta* sunt, ut *substantiae*, *quantitates*, *qua-*
litates. Significant autem res existentes, que sine
collatione cogitari possunt, ut caliditas est quedam
res, que etiam sine collatione sentiri aut intelligi
potest. Ex his *absolutis* oruntur *relationes*. Sunt
autem *relations* aut *applicationes* rerum, aut *or-*
nationes, aut *collationes*, ut calefactio est applica-
tio, qui a transfertur caliditas in aliud. Paternitas est
ordo eius qui genuit, ad genitum. Similitudo est du-
arum qualitatum conuenientia, que collatione in-
telligitur. Ita in summa intelliguntur *relations* aut
applicationes rerum aut *ordinatioes*, aut *collationes*.
Bellū est defensio legitima uel uindicta magistratu-
m aduersus iniustam uim suscepta. Hæc relatio est
applicaz

applicatio quædam depellētis iniuriam, ex illorum
qui depelluntur. Fauor est applicatio quædam uo-
luntatis, que bene uult seu est ipsum bene uelle, in
quantum est applicatum huic personæ seu ordina-
tum ad hanc personam. Hæc postea erūt magis per-
spicua. Nam *relations* non perinde sunt illustres,
ut res *absolute*, quia hæc intelligi possunt singula-
etiam si non conferas ad aliud, ut albedo. Relatiua
uero uera dicuntur, quia non possunt sine collatio-
ne intelligi, ut similitudo intelligi non potest nisi
comparatione plurium rerum. Proinde Aristoteles
hec nomina τέριος τί appellavit, quod semper ad
aliquid referantur, nec sine *absolutis* concipi pos-
sunt:

SECVNDA REGVLA.

Omne *relativum* uersatur intra duo, quorum al-
terum uocatur *fundamentū*, alterum *terminus*. Fun-
damentum est res à quo oritur *relatio*. *Terminus* est
res ad quam ordinata est *relatio*. Inter hæc *relatio*
est ipsa *applicatio*, seu *ordo* *fundamenti* ad *termi-*
nūm. Ut cum de patre dicimus, *fundamentū* est per-
sona que genuit, *Terminus* persona genita. Peccati
fundamentū est morbus uel actio prohibita à Deo.

Quod *fundamentū*
de patre dicitur

Terminus est voluntas Dei, damnans morbum sex actionem. Est ergo peccatum ipse reatus, id est, illa ordinatio qua morbus vel actio damnatur à voluntate divina. Limitis fundamētum est lapis. Terminus significatum uidelicet distinctio agrorum, secundum hominum opinio, que iudicat agros tali re. Ergo relatio est ordinatio lapidis ad distinctionem agrorum. Secundus in agro fundamentū ipsam habet agrum. Terminus est dominii aliquod, hoc est ius utendi agri, ut si quis habeat iter per agrum, inter haec duo ordinatio agri ad illum terminū est relatio. Hinc facile intelligi potest pereunte agro, seruitutem perire, sicut iure consuls inquit nullam esse seruitutem nisi in aliquo corpore. Sacramenti Baptismi fundatum est actio illa tota, id est, ablutio & uerborum pronuntiatio. Terminus est significatum, quod baptisato sint remissa peccata, inter haec ordinatio distinctionis ad hoc significandum est relatio.

TER T I A.

Cum iam constat relationes uersari inter duo, tenenda est etiam definitio relatiuorū que est apud Aristotelem. Sunt autem due definitiones quarum prior est Platonis, quam quadam admodū temere illustratione reprehendit Aristoteles. Platonica definitio est: Relatiua sunt quecumque hoc ipsum possunt adhibere.

^{ad alia quae} sunt, dicuntur aliorum esse. Arguta definitio est, & non inepta, si quis dexterè intelligat, sed quia multa in multis absolutis adherent respectus, ut infra dicentur, ^{ad alia quae} dicta postea ut caput confertur ad corpus, amor refertur ad obiectum amatum. Fides in disputatione Pauli referatur ad misericordiam talibus absolutis, ut capituli amo-^{rit} & similibus uidetur conuenire. Platonica definitio quia referuntur ad aliud, tametsi res ipsae sunt absolute, ut capituli essentia est quaedam substantia, amoris essentia est quidam habitus vel motus cordis. Ideo Aristoteles diuam definitionem tradidit, scilicet Relatiua sunt quecumque hoc ipsam quod sunt aliorum, sunt, id est, Relatiua sunt non tantum que dicuntur ad aliud, sed quorum esse est diolorum. Aliud est esse est aliorum, aliud est esse in conferendis similibus. Et si autem hec cauillatio Aristotelica adeo tenuis & exilis est, uix ut perspici ab inexcertatis posset, tamen hic eam recensia propter hanc utilitatem, ut adolescentes meminerint etiam veterum autoritate traditum esse, quam multis absolutis adhuc hanc respectus.

Obseruent igitur discrimen inter propriissime relatiua, & inter absoluta, quibus adherent aliqui respectus. Nam ut talia uocabula apte interpretari possumus uidendum est, quid habent absoluti, & ubi in eis heret relatio.

QUARTA REGVLA.

Cuilibet Relatiuo respondet suum correlatiuum, ut cum dicis filium, nihil intelligi potest, nisi addas cuius sit filius. Ideo Aristoteles inquit relativa dicit *τοιχός την ισεργοφον*, id est, esse mutuas collationes. Ut magistratus est, qui certo iure ciuitatem regit. Ciuitas est que certo iure regitur a magistratibus. Et hec mutua collatio facile perspici potest, ubi superunt uocabula, ut in domino seruo, patre, filio. Sed cum de sunt uocabula, minus perspicere hec uicissitudo potest, sed tamen animo cogitanda est, nam in qualibet relatione sunt due mutua collationes. At diligentius obseruanda est significatio, alia tantum actiue, alia tantum passiue, plementis replicataq; actiue & passiue significant, ut acceptatio, iustificatio ex gratia apud Hebraeos. Hec sunt admodum tenuia, sed tamen in interpretatione hec diligentia necessaria est. Illud est illustrius, quod in hac regula precipuum est, quod relativa non possunt definiri nisi facta mentione correlatiuum, at pater est qui habet filium. Fides est fiducia misericordiae promisse propter Christum. Ideo quando audis nomen fidei, in disputationibus Pauli, cogites accersendum esse correlatiuum, ut siat illustrius

Vbi adest Vetus Testo quibus correlative potest replicari.
Unguenda simile uocabula quae res et relationes interpretationis replicatae.
relationes Vocabula glia, Bona, et actio, pas- abia aliis art et passim et gratia.
ab initio, no- de finit.

+ fides accipitur a p^{ro} p^{ri} p^{ro} mis^{er} ioribus nobis interpretata a Christo.

quid intelligat per fidem. Cum ergo dicit, fide iusti sumus, transforma orationem in correlatiuum, fiducia misericordie iusti sumus, id est, per misericordiam iusti sumus. Hoc modo regula de relationibus monet accersendum esse correlatiuum, quo d si quis non cernit, deerrat a toto negotio.

QVINTA REGVLA.

Fundamentum uocatur *materiale in relationibus*. Formale dicitur ipse *ordo ad terminum*, ut *materiale signum est ordinatio ad significandum*. *Materiale limitis est lapis*, formale est *ordinatio ad discernendos agros*. Sepe autem manent fundamenta extincitiis relationibus, ut lapis in agro potest relinquiri, etiam si non amplius ut ante, fungitur limitis officio. Ideo necesse est discerni *materiale ex formale in re latius*. Ita *materiale peccati est morbus in homine seu uitiosa actio*. Formale est *propunctigri reum a Deo*. Cum autem Deus remittit reatum, ut in Baptismo manet tamen morbus, ita manet *materiale peccati, ex formale tollitur*. Legis fundamentum est *sententia, hoc est noticia aliqua honesta, ut contra*

ociosos danda est popularis actio. Formale legis est
latum & promulgatum esse à magistratu. Erat igitur
propria Atheniensibus, nobis non est lex, & si
sententia est bona, & materiale est bonū exemplū.

SEXTA REGVLA.

Sepe Relatiuo uocabulo abutimur loco absolu-
tū aut loco fundamenti, ut medici dicunt tempera-
mentum pro ipsis qualitatibus, sic inter se unctionis
& temperatis. Voluptas proprie significat conve-
nientiam actionis & naturæ. sed cum queritur an
voluptas sit finis hominis, queritur an actiones ille-

suales sint finis hominis, quas appetitus expedit.
Fortuna aliás pro fundamento accipitur, ut fortuna
omnipotens & ineluctibile fatum, aliás pro eu-
nū omni potest
et voluntate, ut dum fortuna fuit. interdum phrasis lingue ali-
ma in hanc
cuius parit uarietatem, ut iusticia Dei apud Paulum
in rebus
significat imputationem iusticie seu acceptiōem.
videndum item quando actiue & passiue signifi-
cant huiusmodi uocabula, ut omnes carent gloria
Dei actiue, id est, quam Deus iudicat esse gloriam,
id est, ueram iusticiam. Alibi gloriamur in sibi glo-
ra et fortitudo
ria Dei, actiue, id est, speramus fore ut gratificet
nos Deus. Mirifica uarietas est huius generis, quia
lurcat pavor
qui non animaduertit, sepe hallucinatur in inter-
pretatione:

SEPTI

SEPTIMA REGVLA.

Relationum aliæ sunt reales, aliæ rationis. Nec
ociofa est hec disfunctio; nam ex Ammonius dijerte
eam recitat, & monet obseruandum esse discrinere,
quia aliæ relationes sunt applicationes quædam or-
do qui natura existit, non propter collationem intel-
lecius, ut applicatio agentis ad patiens, actio, passio,
ordo, causa & effectus, ordo patris & filij. Hæ re-
lationes sunt reales. Econtra relationes rationis
sunt, que non existunt natura, sed excogitantur tan-
tum ab humana mente, ut relatio significationis in
limite, nomina seruitutum, magistratum.

OCTAVA REGVLA.

Multis absolutis necessario etiā relationes que-
dan adhærent, ut affectibus & habitibus. Amor ha-
bet se correlatiue ad amatum: Fiducia ad illud cui fi-
ditur quod accipitur. Huiusmodi relatiua suprà mo-
nū, uocati relatiua secundum dici.

NONA REGVLA.

Hactenus tradidit rationem interpretandi relati-
uavocabula: nunc constituamus aliquot genera seu
classeis aliquas. Et si multò latius uagantur quam nu-
mero certo comprehendendi possunt, tamen prodest ge-
nera tenere, & aliqua exempla nosse, ex quibus

*Similia Relatio
vera*

postea iudicentur similia. Sunt autem hæc genera relationum. Relatiuorum alia sunt orta ex substantia, alia ex quantitate, alia ex qualitate. Deinde uelut rami sequuntur aliae diuisiones: alia oriuntur ex actionibus naturalibus substantia, alia ex actionibus uoluntatis.

Ex actionibus naturalibus.

Ut causa effectus, pater filius, potestas seu facultas est respectus ad aliquid efficiendi.

Ex actionibus uoluntatis.

Voluntas facit discrimina personarum & rerum multiplicia: erit igitur genus persona: at hic persona significat hominem ordinatum ad certam functionem. Sub hoc genere sunt Magistratus, Rex, Imperator, miles, scholasticus, dominus, seruus, tyrannus. In his facile est agnoscere fundamenta & terminos: Ut, Fundamentum regis, homo quispian. Terminus est, esse destinatum, ut habeat summam auctoritatem, astrictam summis legibus. Rerum discrimina sunt, ut commune proprium: alio modo potestas, ius, dominium, seruitus: hic ad eundem modum requiri oportet fundamenta & terminos. Proprius fundamentum est res aliqua, ut ager, domus. Terminus à uoluntate certa constitutus est, ut hanc rem teneat certus dominus, non elius. Ius cum proprio locumur est facultas aliquid tenendi aut agendi con-

cessa

cessa natura uel lege. Est igitur fundamentum facultas in aliqua persona, id est, hoc ipsum nosse servare, uel agere aliquid. Terminus est, hanc potestatem seu actionem esse ordinatam ad hanc rem, aut ad hoc negocium. Dominum est ius. Fundamentum est facultas in persona aliqua: terminus, hanc facultatem ordinatam esse, ad hanc rem tenendam. Seruitus est personam aut rem ordinatam esse, ut hoc modo sit subiecta alteri. Fundamentum igitur est persona aut res. Terminus, esse ordinata certa modo ut sit subiecta. Fauor significat respectum bene uolentis ad illum cui quispian beneuult. Fundamentum est actus uoluntatis in homine. Terminus, hunc ordinatum esse ad hanc personam. Cum sic intelligatur uocabulum gratiae in sacris literis, Fundamentum est uoluntas diuina beneuolens seu misera. Terminus est hanc beneuolentiam ordinatam esse ad credentem personam ad Paulum. Legis fundamentum est sententia, id est, noticia certa de moribus. Terminus esse à Magistratu propositam etc. Fortuna cum significat diuisam est ordo latentis causæ, id est, Dei gubernantis ad eventum: Itaq; fundamentum est Deus gubernans. Terminus est euentus. Fatum significat causam, id est, aut ordinationem diuinam, aut umbris stellarum, id uocat Ptolomeus fatum physicum, Romani sato consequuntur Monarchiā.

Armenius / Dux

Hic fatum

*Prima monarchia fuit
regis Babylonico 24: apd.
Assyrii 20 apd. Persior
42: apd. Romanorum*

Hic fatum significat causam, & fundamentum est Deus ordinans hanc rem & mouens Romanos. Terminus est ipse euentus, losquinus fato physico est. Musicus, hic fati fundamentum est temperamentum sui stellarum ita mixtum, ut natura habeat impetum ad Musicam. Terminus est suauiter posse canere. Ecclesia est populus consentiens de uerbo Dei, & de uero cultu Dei, habens spiritum sanctum & exteras notas proprias, sacramenta uidelicet, ut confessionem uerbi Dei. Est igitur fundamentum populus, seu illæ personæ ordinatae ad uerū cultum Dei. Terminus est consensus de uera doctrina & uero cultu. Basilius defuit hominem. Homo est creatura condita ad imaginem ipsius. Hic creatura non tantum relationem significat, sed complectitur materia, id est, significat substantiam creatâ, iam quia homini adhæret hec relatio, apud significatur hominem esse alterius, id est, Dei creationis. Ciuis est persona cum Republica, id est cum alijs ciuibus consociata certis legibus. Ergo ciuis, est alterius. Debet igitur communi utilitati ciuium seruire.

EX QVALITATIBVS.

Ex qualitate, ut ex uirtutibus premium, gloria, honos, proprie enim uirtuti tribuitur. Ex amicitia pax, bellū, concordia, discordia. Ex qualitatibus corporis

corporis, sanū, ægrum. Ex omnibus speciebus, similitudo. Similitudo est qualitatū conuenientia. Gloria est opinio qua tribuuntur alicui egregiae uirtutes. Fundamentum est opinio de altero in animis hominum. Terminus est uirtus illius, de quo alij bene sentiunt, aut si quis mauult è regione constituat. Fundatum uirtutes illius de quo bene existimatur. Terminum opinionem & noticiam illam uirtutum in alijs. Epicurus non tribuit Deo gloriam, id est, non habet hanc opinionem seu noticiam de Deo, quod Deus agat aliquid. Iudas non tribuit Deo gloriam, id est, nō habet hanc opinionem seu noticiam, quod Deus sit misericors, quod uelit ignorare. Honos est externum testimonium, quod tribuitur alteri propter uirtutem. Peccatum est morbus uel actio contra mandata Dei, propter quam Deus pronunciat hominem esse reum & damnatum. Fundamentum est, cum corruptio naturæ & ipsa mala qualitas, tñ ipsa uitiosa actio. Terminus est destinatû esse ad damnationem, hoc uocatur reatus. Legis fundamentum est sententia, id est, noticia de moribus. Terminus esse propositam à superiore. Ita lex significat qualitatem, scilicet, noticiam quandam seu sententiam & relationem scerentis legem ad subditos.

Hic numero etiam bonum, quod significat quidam naturæ conueniens. Malum quod naturæ non conuenit.

conuenit. Et uerum, ubi cum re consentit oratio.
 Philosophi uocant transcendentia, ens, unum, uerum, & bonum. Quia sicut ens commune nomen est omnibus praedicamentis, ita ueri & boni rationem in omnia praedicamenta spargi iudicant. Quidquid enim exsistit, cum concipitur in animo, cumq; mens firmas & perpetuas eius causas cernit, uerum est. Falsa, quia nihil sunt, & cause firmae falsorum nulle sunt, ideo mens ea improbat. Et in unaquaq; re boni quiddam esse iudicant. Vnum etiam ideo inter transcendentia posuerunt, quod unamquamq; rem simpliciter non admixta alijs considerari oporteat. Quanquam autem he disputationes Philosophorum mihi non displicant, tamen nihil uelat bonum aut uerum inter relationes hic numerare. Nam hinc mutuari possumus, & accommodare alijs praedicantis, sicut nomen cause, aut effectus ex relationibus mutuanur, que ipsa non minus late patent, quam bonum aut uerum. Nam quicquid est, uel causa uel effus est.

Ex substantia & qualitate, trahuntur relativa nomina, causa & effectus.

Ex qualitatibus fiunt, aequale, inaequale, maius, minus, contentum, continens, locus. Nihil enim aliud significat locus, q; alteri corpori cessisse spacium.

Ex numeris, par, impar, duplum, triplum, propteris

portio, tempus, quod est mensura motus. Significat enim uel durationem rei, uel mensuram durationis, ut annus, mensis, dies. Et sic definit Aristoteles, Tempus mensuram esse motus.

EX ACTIONIBVS.

Sacrificium est actio, quam reddimus Deo, ut eum honore afficiamus, id est, ut testemur nos agnoscere hunc esse Deum quem inuocamus, & declaremus obedientiam, & alios inuitemus. Sacramentum est actio, qua Deus nobis aliquid impertit: ut Baptismi fundamentum est ipsa lotio & pronunciatio uerborum. Terminus est significatum esse sententiam, quod hec actio ordinata sit, ut testetur, quod Deus hanc personam recipiat in gratiam: ut limitis fundamentum est lapis. Terminus est significatum scilicet sententia, quod hic lapis ordinatus sit ad discendos fines. Belli fundamentum sunt illae ipsae actiones Magistratus & militum susceptae ad alios reprehendendos aut perdendos. Terminus est has actiones legitime ordinatas esse ad depellendam invastim, aut ad paenam sotium. Itaq; bellum est legitima defensio uel vindicta, que fit per Magistratus. Ecce contra pax significat actiones mutuas consentientium ne alij laedant alios.

Ex sub-

Imperator Hinc fuit contractus.
 Miles, Nam contractus est uoluntatis actus,
 Rex, quo transfertur res, aut certe quo sit
 Tyrannus. obligatio, ut res transferatur.

HORVM ALII SVNT.

Innominati, Do ut des,
 Do ut facias, Facio ut des,
 Facio ut facias.

Nominati, horum alij
 transferunt rem.

Quo ad dominium Quo ad usum,
 Emptio, Venditio, Commodatio,
 Certo precio transfert, Locatio,
 hec est differentia se= Precarium,
 parans ab alijs. Referuntur ad hos
 Donatio sine precio. ex alijs & mutuantur.
 Permutatio pro re certa
 Mutatio ut recipiatur. Depositum.
 idem in genere. Pignoratio.

EX QVALITATE.

Causa effectus.

Tantum enim substantia & qualitas, uere posse
 sunt existere causae efficientes aliquid &c.
 Ex noticia Ex uirtutibus Ex qualitatibus
 uerum, fal= Præmium corporis.
 sum, Verum Poena Temperamentum
 est.

Imperato-

EX SUBSTANTIA ORIUNTUR.

Relationes oritur ex actionibus *perficiuntur* in actionibus.

Perficiuntur in actionibus.

Perficiuntur

REX

50. DIALECTICA

est conuenientia noticie uel orationis ad rem. Doctor, Discipulus, Lex. Nam lex signifcat sententiam, qua aliquid prae cipitur aut probabitur. Neque tam simpliciter noticiam, sed talem, quae autoritate magistratum proposita obligat populum, propter hanc obligationem fit nomen relationum. Ius est potestas agendi secundum leges.

EX OMNIBVS speciebus. Bonum est quod conenit. Perfectum, Imperfectum, Simile, Disimile.

EX QVANTITATE. BONVM

Gloria	tum.
Honos	Sanum
Concordia	Aegrum
Discordia	
Pax,	
Bellum,	
Fauor est relatio benevolentis ad illum, cui is bene uult.	
Gratia correlatum fauoris, sed sacre literae usurpat pro fauore, & quidam ad dunt relationem, quo excludunt meritum,	

PHILO. MEL. 31

BONVM, Aequale Inaequale. Honestum propter se conuenit, propter aliud minus nisi natura, ideo conuenit, Proportio propter se existet, ideo propter aliud duplum petitur. expetur. ppter aliud triplum. Locus, Velox, Tardum. DE ACTIONE ET

passione. Poteant reliqua praedicamenta in relationibus comprehendendi. Sed quia placuit ueteribus, decem praedicamenta numerare, sequemur illorum auctoritatem & nos. Videntur autem docendi causa, à praedicamento relationis, hec que sequuntur praedicamenta separasse. Nam cum penè infinita multitudo sit relationum, maluerunt plures classes facere, ne si omnia talia nomina, in unam includerent, multitudine perturbarentur discentes.

Hic actiones & passiones collocaunt, supra nomina ex actionibus orta. Hic recensetur gignere, gigni, supra pater, filius. Atq; hoc discrimen harum classium tenere satis erit.

Est autem actio, relatio seu coiunctio ad id quod patitur

D 2

patitur. Econtra, passio, coniunctio patientis ad agens. Pertinent autem ad hunc ordinem uerba & nomina uerbalia significantia motus. Est autem motus, acquirere aliquem terminum, Species he sunt.

In substantia sunt generatio & corruptio. Generatio est motus ab eo quod non est ad esse. Corruptio ab eo quod est, ad non esse.

In Quantitate. Augmentatio, cum acquiritur maior quantitas. Diminutio, cum minor fit quantitas.

In Qualitate. Alteratio, cum alia qualitas acquiritur, ut calefactio, frigefactio, humectatio, desiccatio, denigratio, dealbatio, & huiusmodi innumera nomina. Huc & subiti affectus pertinent irasci, misereri, letari, que sunt quasi sensuum & animi uerberationes.

Est & motus localis, cum aliud subinde spaciū occupatur, ire, redire, currere. Huc & aliarum rerum uerba pertinent, ut edificare, belligerari, scribere, pingere, canere, &c.

DE PRAEDICAMENTO

quando.

Aristoteles interrogatiis nominibus discernit relativorū species. Hęc igitur uox, Quando, complectitur temporum differentias, ut sunt, horae, hora, dies, mensis, annus. Supra autem diximus tem-

pus significare, uel durationem rei, uel mensuram durationis. Huc pertinent & uoces simul, prius, posterius. Que, quid significant aliud quam quandam collationem temporum inter se.

DE PRAEDICAMENTO VBL.

Vbi complectitur locorum nomina, ut domi, foris, sursum, deorsum, in gymnasio, in templo, atq; he uoces quatenus loca sunt, & continent corpora intelligi debent, non quatenus uel figuræ uel aedificia significant.

DE SITV:

Situs significat corporis positum, seu statum, ut iacere, sedere, stare, supinum esse, primum esse.

DE HABITV.

Habitus complectitur nomina uestium, que nem ignorat relativa esse, ut galea, torax, ocrea, pileus, tunica, calcei. Si tamen non materiam aut figuram, sed rationem uestiendi, ac usum consideres.

Recensui prædicamenta, que cum traduntur, adiuvaciendi sunt pueri, ut propriam significacionem vocabuli discant intueri. Nam secundum eam significationem, que maxime propria est, unaqueque uox in sua classe ponitur. Itaq; & Aristoteles cum

D 3 absolvit

34 DIALECTICA

solutisset descriptionem prædicamentorum, adiungunt quarens uocum enarrationem, ut moneret in prædicamentis Æ. et. φ. θ. ο. et. diligenter et fugientas et explicandas esse. Nostri hanc partem uocant, Post prædicamenta. Et cum Aristoteles pauca nomina exposuerit, putant nefas esse si quis plura addat. Sed qui pueros docent, admoneant multo plura ambigua inueniri posse, que in hoc loco profitentur. Sciant igitur pueri, ea que uocant possunt prædicamenta, nihil esse aliud, nisi interpretationem quorundam nominum ambiguorum.

Prius dicitur, non modo quod tempore prius est. Sicut prior est Romulus Numa Pompilio, sed etiam quod naturæ ordine prius est, etiâsi tempore simul existat, sicut causa prior est effectu ordine nature.

Item, genera priora speciebus hoc modo dicuntur, quia ordine præcedunt. Dicuntur et priora, que præstant dignitate, ut prior est Rex ciue.

Opposita dicuntur quadrupliciter. Aut contra via, ut duas qualitates pugnant inter se, calor et frigus, Aut relatiue opposita, sicut pater et filius. Non enim possunt simul in idem subiectum cadere, nemo idem dominus ac seruus est, pater ac filius, respectu eiusdem, sic enim loquuntur, id est, si conserfas duas tantum personas inter se. Primitiue opposita, sicut tenebrae et lux. Nam prima. io signif

ficat abesse formam que adesse poterat, sicut cæcitas significat uisu carere.

Postremus gradus est contradictionum, que tantum in propositiones cadunt, ut Cæsar est iure interficetus. Cæsar non est iure interficetus.

DE VSV PRÆDICA=
mentorum.

Tanet si supra monuimus, quo consilio ueteres omnium rerum nomina in has classes seu ordines distribuerint, tamen item redigere in memoriam lettori hoc loco uisum est, ut sciat quam utilitatem ex hac parte dialectices petere debeat. Ideo haec nominum classes factæ sunt, ut cum definire uoles, scias singularium uocum genera ubi inuenias. Plurimæ etiam generi uides adscriptas differentias, que tandem cum non sunt adscriptæ, ex accidentibus colligi solent. Nam et supra docui rerum differentias per accidentia nos circumloqui. Proinde cum uocis aliquius definitionem uoles contexcere, ad hos ordines velut ad poenū recurrendum est, unde materiam depromas, ita conducunt hi ordines ad definitum. Sed et aliam utilitatem adferunt ad inuenienda argumenta, ad theses et hypotheses tractandas, ad querendas rerum causas, de qua utilitate infra dicimus in Topicis.

DE DEFINITIONIE VS.

Quid sit definitio rei supra exposui, nunc hos docendi sunt pueri, in definiendo prestatum esse, ut definitio ita fiat, ne aut latius pateat, aut sit angustior quam definitum. Non recte definias si dicas. **Philosophia est humanarum & diuinarum rerum Scientia**. Nam **Philosophia que sic proprie appellatur**, nihil certi docet de diuina uoluntate erga nos, de prouidentia diuina in administrandis rebus, de immortalitate animi. Quare definitio latius patet quam definitum. Item si de seditione dicas, et tantum ibi exponas quam mala res bellum sit, non recte definias. Nam seditio non est simplex bellum, sed est bellum seu uis ciuum inter se, uel contra magistrum suscepta. Sunt igitur docendi pueri, ut in definiendo hanc cautionem exhibeant, ne definitio latius pateat, neve sit angustior quam definitum, sed signata et adposito explicet definitum. Et sicut oculi certissimi testes sunt eorum, quae ex propinquio cernunt, eaque nobis perfecte offendunt, sic definitio debet perficere rem exprimere, et tanquam oculis subiectare.

FORMVLAE DEFINITIONVM.

Primum genus definitionum, est definitio essentiae seu substantiae, haec constat ex genere et differentia, ut homo est animal mentem habens. Boetius

PHIL

putat utile esse, ducere definitionem inde usque a summo genere: ut homo est substantia corporea animata, sentiens, mentem habens. uolebat enim ad superficie re imperitos, ut cum in definiendo ad extremam metam uocabulorum recurrerent, certius rem comprehendenderent, et ad primos fontes cuiusque rei peruenirent. Nam ex summis generibus omnia uocabula manant. In hoc genere definitionum non egredimur ex eo praedicamento, in quo definitum ponitur, sed ex eadem classe genere et differentia deponi oportet, quia enim substantiae definitio est, explicat substantiam cuiusque rei. Neque uero ullus rei substantia distractur in diversa praedicamenta. Hic mihi monendi sunt pueri, nos ita uti nominibus substantiae et essentie hoc loco, ut non tantum tribuamus ea ijs rebus, que in primo praedicamento colloquuntur, sed essentiae definitiones etiam accidentium sunt, cum uero delicit ipsa per se accidentia consideramus. Nam cum diuulsimus a subiectis accidentiis, solemus essentiam seu substantiam uocare eorum naturam. Ita et accidentium sunt definitiones essentiales composite ex genere et differentia seu proprio: ut uirtus est habitus voluntatis, seu morum bonus. Nam habitus genus est uirtutis, differentiae sunt, moralis habitus. Id enim distinguit uirtutem ab artibus seu cognitiis, et bonus distinguit a uiciis. Sed sunt pauciores

D 5 definitiones

definitiones huius formæ, quia non multa propria nomina differentiarum extant et plerūq; pro diffentijs accidentium congerie utimur.

Secundum genus definitionum, definitio causis est. Neq; tamen nefas est ex superiore forma geniis mutuari, etiam cum ex causis definitionem componimus. Nam ad cognoscendam rem genus eius deprehendisse plurimum conducit. Deinde haec forma definiendi cognata est superiori. Genus materiam significat, differentia formam: ut cum dominem dicimus animal esse mentem habens, quid aliud significat animal quam naturam corpore animato cōstantem? Deinde mentem habens, significat ex animali rationali confidere hominem.

Sunt autem cause quatuor. Materia est, ex quæ res fit, ut pannus. Forma est, quam induit materia, ut tunica ex panno facta, forma est. Efficiens est persona seu res faciens, ut sartor uestem faciens. Finis est, cuius gratia aliquid fit, ut, uestis sit ulla corporis causa.

Licet autem uel ex omnibus causis, uel aliquibus componere definitiones: ut ceruisia est potus ex aqua, ordeo, et lupulo coctus. Est et haec causis definitio apud Demosthenem. Lex est inuentum et donum Deorum, decretum virorum sapientum, correctione delictorum consulto admissorum, urbis com-

mune pactum, secundum quod omnibus ciuibus conuenit iure. Nam causa efficiës legis, est Deus, qui insculpsit rationi nostræ sententias certas de moribus, seu quod uocat ius naturæ, unde leges omnes nascuntur. Proinde primū ait, legē esse inuentū Deorum. Neq; legis uim habere debet, si quid constituitur, quod à naturali iure dissentit, qualia sunt, Patrem senem mactare: Item ne uxor marito superstes sit, quæ apud barbaros fiunt. Item alia Milesiorum lex: Ne mo nostrū frugi esto. Deinde in quo subiecto sint leges, aut quibus inscriperit Deus adiicit, cù ait: decretum hominum sapientum, id est, hoc diuinitus est acceptū, de quo inter sanos et prudentes conuenit. Nam Scythis etiā data est ratio, datū ius naturæ, sed illi consuetudine depravati, nō animaduerterū nec cernunt diuinum donum. Postea finalem causam addicuit seu officium, lege corrigi delicta, postremo partem cause efficientis, urbis commune pactum. Nam nō statim omnis sententia de moribus lex est, sed illa ad quam se populus astrinxit. Apud Athenienses multabatur, si quis viatorem de via interrogatatem se felissinet, præclara et honesta lex fuit, sed nobis non est lex, quia ad eam se nostra ciuitas non astrinxit. Apud Persas capitalis fuit ingratitudo, apud nos non est capitalis, quia Magistratus nostri non constituerū certam pecuniam aduersus ingratos.

Additur

Additur ex particula de causa finali, secundum quam omnes uiuere conuenit. Nisi enim ex legibus aequo teneantur, potest, et illi qui propter exiguae opes iniuriae obnoxiae sunt, magni motus existunt in rebus publicis: Ut Rome bellum ciuile exarbit ex eo, quod Iulius contra leges petebat consulatum. Sitigunt legum uis, ut iuxta omnes teneant. Huc etiam pertinent definitiones relatiuorum nominum, quia omnia per eam rerum, que comparantur inter se, vocabula definiuntur. Eas res possumus causa uocare comparationum, ut ignem calefaciendi causam. Definiemus igitur quaedam relativa nomina. Seditio est motus populi contra Magistratus, ut apud Virgilium:

*Ac ueluti magno in populo cum sepe coorta est
Seditio, scutisq; animis ignobile uulcus.*

Ea definitio est, seditionem furorem uulgi esse, id est, motum non sumptis iustis armis, aut ex autoritate Magistratus, sed aduersante Magistratu. Deinde adiicit Poeta definitioni Schema hypotyposim: Iamq; faces et saxauolant, furor armam ministrat. Sic enim pictor si seditionem seu urbanum motum pingeret in urbe, tectis principum ignes iniici pingeret, et non iusta acie, sed temere, necrite instritos, sed alios alio teli genere cocurrere contra Magistratus. Ita uides quam appositi definiat Poeta iuxta

iuxta praecepta Dialecticae. Deinde quam graphia et ornata, iuxta Rhetoricae praecepta.

Sed est copiosior famæ definitio apud Virgilium. Nam cum fama sit latè uagatus sermo, primum per narrationem describit genus famæ:

Quo non uelocius ullum.

Mobilitate uiget, uiresq; acquirit eundo.

Parua metu primo mox se se attollat ad auras.

Ingrediturq; solo et caput inter nubila condit.

Deinde adiecit differentiam seu rem collatam, sermonem uidelicet:

Tan facti prauiq; tenax quam nuncia ueri.

Inserta est definitioni pictura, iuxta Poetarum consuetudinem, Monstrum horrendum ingens. Affensus etiam causis definiuntur, ut gelidusq; per ima cucurrit, ossa tremor.

In hoc definitionum genere recenseri potest Fidei definitio, que extat in Epistola ad Ebraeos: Est δὲ πίστος ἐλπίζομενων ὑπόσασις περι-
μέτρων ἔλεγχος δυσληπτομένων. Fides est expectatio sperandarum rerum, et certum argumentum non apparentium.

In hac definitione duo nominaliter generis posita sunt. Nam et fidei vocabulum cognatas res duas continet, noticiam seu assensum, et firmam expectationem eorum que Deus promisit. ἔλεγχος fides genus

genius est ex prima specie qualitatis. Significat enim έλεγχος certissimam noticiam, re ita deprehensa, ut nihil dubitemus. Verbum Dei ita mouet plasmantes, ut ea quae fide cernunt, tan certa esse sentiant, quam sunt illa, quae oculis intuentur. Christus pollicetur, patrem his qui inuocant eum, opitulatum esse. Quanquam igitur in calamitate non cernunt oculi nostri Deum adesse, tamen ita certos statuere debemus, respici nos ab eo, et futurum, ut ab eo tegatur et iuuenatur, quam certa nobis illa sunt, quae uersantur ob oculos. Nam uerbum έλεγχου conuincere significat, cuius uerbi qua uis sit, iustificationis docet.

Alteram uocem ὑπόστασιν expectationem uerti, sic enim in capite tertio eiusdem Epistole et saepe aliis usurpatum. Et sentiebam recte fieri mentionem affectus fidei in definitione, cum nomen fidei non modo noticiam, sed etiam affectum, qui promissa accipit et expectat, significet. Ponenda est igitur generis loco et hæc uox ὑπόστασις sumpta ex prima specie qualitatis, habitus, quo expectamus. Fides enim proprie est assentiri uerbo Dei, et expectare Dei promissa. Et pro uno quodam genere, uidelicet pro certa noticia in hac definitione duo hec nomina ponenda erant. Differentiae loco ponuntur haec uoces, non ad parentium, item rerum praudentiarum.

randarum. Nam accidentia mutuantur differentias aliás à subiectis, in quibus hærent, aliás ab obiectis, hoc est, à rebus circa quas uersantur. Porro fides uersatur circa uerbum Dei, quod docet nos de uoluntate Dei, et alijs multis rebus procul positis extra conspectum rationis.

Philosophia docet nos de rebus quas ratio perspicit, de Arithmeticā, de Geometriā, de Architectonica, de motibus corporū, de ciuilibus moribus. At de uoluntate Dei tantum ex uerbo Dei iudicandum est, non ex humana ratione. Quod autem mentio sit rerum sperandarū, ostendit et circa quale uerbum ueretur fides, et quod fides non modo noticia sit historię, sed q̄ etiam adfectum complectatur accipientem seu expectantem Dei promissa. Significat enim tale uerbum esse, quod non modo historiam docet, aut minas ostendit, sed etiam continet promissiones. Nam hæc res sperandas ostendunt. Et ea demum uera fides est, quæ non modo nouit historiam, sed etiam credit promissionibus, quæ expectat Dei promissa, quæ credit non modo Christum passum esse, ac resurrexisse, sed propter Christum nobis patrem placatum esse, nosq; propter Christum in gratiane recipi, regi, ac seruari a patre. Vides quantum utilitatis adferet Dialectica, cum iuxta eius precepta gratuum autorū sententias expenduntur. Nam hæc definitio

definitio fidei ita patefit, ita illustratur, cum ad hoc
præcepta confertur, ut fidei uim atq; naturam mira
perspicuitate omnium oculis subiicit.

DEFINITIO EX EFFECTIBUS seu officijs.

Tertium genus definitionum, est definitio ex effe-
tibus seu officijs composita, ut homo est qui loqua-
potest. Sol est autor diurnæ lucis. Iusticia est, que
suum cuiq; reddit. Neq; raro utimur hoc genere de-
finitionis, præsertim in uirtutibus aut uicijs defini-
endis. Nam artes et alij animi habitus, non alter ni-
si officijs aut obiectis discerni possunt. Nec ueror
dicere, has esse habituum proprias differētias, quas
ab officijs trahimus. Rex est qui unus rerum poti-
tur, et ius dicit ex certis legibus. Tyrannus est qui
unus rerum potitur, et ius dicit ex suo arbitrio si-
ne legibus. Hoc enim tyrannum proprie dixerunt
ueteres, postea hæsit adpellatio tantum in sceleratib-
et crudelibus principibus, qui latrociniunt in impe-
rio exercuerunt. Magistratus, est minister Dei ad
nostram utilitatem, ut malos puniat, et bonos hono-
re afficiat. Sic enim definit Paulus: Genus est minis-
ter Dei, cum enim sic appellat, docet esse pium ger-
rere Magistratum, et à latrocino discernit, et nos
admonet, ut, quia diuinitus Magistratus nobis im-
posuit

positi sunt, tanquam Dei uicarios colamus. Deinde
officia recitat. Primum minister est ad nostram utili-
tatem, sic enim ait: oliekovos es i oris eis et
et yedov. Hic magistratus docet non ad suam libi-
dinem aut utilitatem debere gerere publicum inus-
nus, sed suis cupiditatibus publicam utilitatem au-
teferre, et intelligere sibi alienæ utilitatis procu-
rationem tanquam oconomō in familia commissari
esse. Nec datas esse tot urbes, tot regna in hoc, ut
tide tantum uoluptatum suarum instrumenta rapē-
ant. Reliqua sunt punire sontes, ius dicere, facinora
prohibere, de facinorosis supplicium sumere, bo-
nos non tantū defendere, sed honore afficere, id est,
afficere in re publica non tantum ut uita, fortuna
bonorum, in tuto sint, sed etiam ut gradus dignitatis
seruentur, et sit honos uirtuti, et omnia honesta-
rum artium studia colantur et magnifiant.

DEFINITIO EX PARTIEBUS.

Quartū definiendi genus est definitio, que cōpo-
nitur ex partibus seu membris rei, ut corpus huma-
num est, quod ex capite, uentre, et pedibus cōstat.
Philosophia est artū dicendi, Physiologie, et præ-
ceptorū de moribus cognitio, tanta, quantā effequi
humana ratio potest. Sicut enim in corpore mem-
bra, ita in Philosophia tres ille partes coherent.



Poenitentia est terrori agnito peccato, et ruitus erigi per fidem, credendo quod propter Christum remittatur peccatum. Nam hec duo sunt membra poenitentiae, paucor seu contritio, et fides quae rursus liberat ex pauro.

DEFINITIO EX ACCIDENTIBUS.

Quintum genus est, definitio ex genere et accidentibus collecta, ut sunt herbariorum definitiones apud Dioscoridem et Plinum, ut, Narcissus est flos similis Croco, caule dodrantali, florens mensa Augusto, postremus omnium florum. Hoc genere definitionum utimur in describendis personis, ut apud Homerum Therites, describitur, strabis ochlis, gibbosus, garrulitate scurrili. Est autem nobis ideo sepius hac forma definiendi utendum, quia accidentia ostendunt nobis substantias alioquin ignoratas, per hoc Maluam à Marrubio, Cygnum à Coruo, Pompeum à Iulio, deniq; res inter se omnes discernimus.

Hactenus tradidimus definitionum formulas, reliquum est, ut exerceantur pueri multis exemplis. Nam ut sine usu artis artes percipi non possunt, ita exacte et apposite definire nemo sciens, nisi eius rei usum quendam sibi fecerit. In grauibus disputationibus permultum refert, eius rei, de qua disceptatur, definitio

definitionem tenere perspicuam et certam. Nam ex definitionibus argumenta omnia tanquam ex fonte deriuantur, et tota disputatio nascitur. Et sicut actionis Demosthenes in dicendo primas, secundas, postremo et tertias tribuit, ita nos in accurata et subtili disputatione unam definitionem maxime dominari statuimus, eiq; iure primas secundas et tercias deberi affirmamus. Ni longum esset, commemo rarem aliquot exempla, ubi est cernere magnos viros in longis disputationibus turpiter hallucinatos esse, quia parum cauti fuerant in definiendo.

DE DIVISIONE.

Secundum Dialecticas minus, est dividere. Habet autem divisio non minorem uim, quam superior illa definiendi ratio. Nam in Phaedro Plato cum quidem oratorem instituit ac format, numquam quemquam ait dicendi artificem, seu ut ipsius utamur uerbis τεχνού λόγῳ τεγί futurum esse, nisi sciat omnia, de quibus dicendū est, dividere ac partiri, et apposita certaq; definitione, uel ut ipse ait, uicē id est unamquaq; partem comprehendere. Nam cunī iū primis exigatur ab eo, qui aliquadere dicit, ut doceat, nihil aut explicatis, qui omnia comprehendit et confundit, sape profecto divisione utendum est, ut ea que non cohaeret, separe, alioquin in

oratione omnia temere cōgerentur, eruntq; quod aiunt, τὸν δὲ μήτε κόνιον.

Et Cicero Seruum Scæuola, quamuis peritissimo iuris, tamen ideo præfert, quia Dialecticen addidærat scientia iuris, artem, ut ipse ait, omnium artium maximæ, quasi lucem ad ea, quæ confusæ ab alijs aut respondebatur aut agebatur. Porro ea in re diuīsio dominatur. Et Boetius in libro de diuīstione inquit: Andronicum scriptū reliquissime, diuīdendi scientiam summo in honore semper apud Peripareticos fuisse, quia nulla res sine hac dilucide et perspicue explicari posset. Sunt autē diuīsionū formæ quatuor. Prima esse dixerūt nominis τὸν λύσαντα significata recensere. Quia sæpe fit ut uocabulo decep̄ i erre mus, vt si quis disputet, Christianos nō esse seruos, monebit seruituē aliās accipi ciuiliter, cū significat corpora nostra, et fortunas nostras in potestate aliorum esse: Aliās accipi μέτα φρονήσως, cū significat animas seruire peccato, et obnoxias esse uicioſis affectibus, et destinatas ad poenam, ad eternā mor tem. Neq; uero ciuilem seruitutem tollit Christiana religio. Sed supramoniuimus, in omnibus cōrrouerat ijs inicio cōſciuendū esse, quæ uis verbis sit: neq; modo in una uoce hāc exigo diligentia, sed in longiore oratione etiā oportebit amphibola et metaphoræ enarrare, priusquam de rebus litigare incipias.

Secunda

Secunda forma est diuīsio generis in species, quæ quidem per differentias, vel per accidentia discerni solent, ut si animal diuidas in hominem ac pecudes, differentie erunt adhibendæ, quæ hominem à pecudibus discernant. Ita cum ius diuidunt in ius naturæ et ciuile, quærendæ sunt differentiae seu accidentia, quibus pro differentijs utimur, quæ has species discernant. Est enim ius naturæ sententia de moribus, diuinitus inscripta mentibus hominū, cui omnes homines natura cogit ad sentire: ut furtum est punendum. Ius ciuile est sententia, cui non omnes homines naturaliter assentientur, sed quā certa ciuitas probabilitate causā sequitur, ut fur suspendendus est.

Tertia forma est, diuīdere totum in membras: hanc Cicero proprie partitione scribit uocari, cum totum quasi in membra discerpitur, ut si corpus diuidas in caput, thoracem, uentre, manus, pedes. Si Philosophiam partiaris in scientiā loquendi, inquisitionē rerum naturalium, et præcepta de moribus. Si religionē partiaris in fidem, et bona opera. Sic in oratione sæpe partes toti subiçimus, ut cū Phœnix dicebat, se præpositū esse A chili, ad docendum eum omnia digna laude, deinde partes cōmemorat μύθῳ τε ἐπὶ Τ. γένεσιν, τῷ θεῷ Τ. γένεσιν, id est, eloquentiam qua sapienter consuleret Reipublicæ, et alias uirtutes iuste, fortiter, modere-

rate agendi. Et Virgilius cū ciuitate describit, partes recitat. Iuramagistratusq; legūt, sanctūq; senatum. Ita sēpe in loquēdo cū ex uno uerbo res intelligi posīt, tamen cū eam in membra partimur, res sit

Quarta forma est, quam enumemus (illustrior. rationem proprie uocant, cum subiectum partimur in accidentia. Utinam hac forma præcipue cum conditiones alicuius personæ, aut rei colligimus, aut distribuimus. Vt si quis doceat, quibus virtutibus Episcopum oporteat præditū esse, uidelicet doctrina, eloquētia, moribus bonis. Ita Cicero enumerat quæres in Imperatore requirantur. Et apud Homerum enumerantur Agamennonis uirtutes, ἀμφότεροι Βασιλεὺσ τ' ἄγαθοι καὶ τέρεσ τ' ἔργα μάντυος. Nam ille demum princeps laude dignus est, qui et artes domi regendæ Reipublicæ net, et iure, legibus, iudicijs, ciuilem tranquillitatem ac disciplinam cōscruat, et foris armis à Rep. arcere uim hostiē potest. Ita multiplices boni principis laudes enumeravit Homerus in hoc uersiculo, quo tantopere ferunt Alexandrum delectatum esse, ut semper in ore habuerit.

DE MODO EXPLICANDI SIMPLICIA themata, et quomodo sit utendum his preceptis, quæ hactenus tradita sunt.
Hactenus uocum uarietatem ostendimus, et proponendum

pemodum classes descriptimus, in quas singulae referri debeant, et formas definiendi ac diuidendi tradidimus. Nunc monstrabimus quomodo haec præcepta ex schola, et ex umbra in lucem, ac uelut in aciem proferenda sint, et quomodo his præceptis utendum sit, quibus si quis non didicerit uti, is sciat se in eis cognoscendis inanem operā sumptuisse, non aliter atq; frustra sibi miles arnia comparauerit, quibus uti nequit. Patet autem in omni sermone hominum usus huius partis latissime. Etenim in omni fratre congressu hominum queri ac dubitari de aliquis certæ rei natura, causis ac partibus solet. Doceri autem nullares ac ordine explicari potest, nisi adhibetur Dialectica. Tradiderunt autem autores, ut cum aut docere aliquid alios, aut discere ipsi uolumus, aut iudicare aliqua de re, certas questio-nes sequamur, quæ admoneant quid in uniuscuiusq; nominis explicatione requirendum sit, quæq; tanquam Mercuriales statue in docendo uiam indicent. Et facit Aristoteles in secundo libro ὑπέρ της λογικῆς, ubi docet exacte examinare et excusare id, de quo dubitatur, questiones quatuor.

An sit, ut sint ne Pygmei, sint ne Comete, Quid sit ut quid Pygmei sint, homines an bestiole, quid Cometa sit, accensus ne uapor, aut stella, ut et Luanus uocat: crinemq; timendi syderis.

Quod sit, nō est interrogatio, sed ad circunstan-
tias pertinet; et significat, quod circumstantia tri-
buantur ei de quo loquimur, scilicet, loquantur ne
Pygmæi, quæ figuræ sint, quo colore, quam magnitu-
dine. Aristotelis interpres ita explicat **Quod sit**,
Σύντομος τὸν οὐκεντρούντος, id est, doc-
et quod aliquid themati tribuatur.

Quare sit, Cum causæ rei queruntur, ut, ex
cuiusmodi uapore constet Cometa, quibus ex causis
tam pestilens uapor contrahatur. Nos Aristotelis
propemodum uestigij in sistentes, res ab eo mutua-
bimur, tantum uerbis utemur ad nostrorum homi-
num captum magis accommodatis. Sunt itaq; que-
stiones quatuor,

Quid res sit.

Quæ causæ sint.

Quæ partes.

Quæ officia, seu qui effectus.

Est autem forma loquendi Dialectica obseruan-
da, quoties quid sit res querunt, ut sciamus de defi-
nitione interrogari. Et quia primum in omni artifi-
ciosa disputatione definitio tradenda est, ideo pri-
ma questio est, quid sit; sed antequam definiamus, con-
stitui de ambiguis uocabulis debet, quæ significatio-
ne in nostra causa usurpentur, id quia supra mon-
strum, hic repeterem uerboius nolim. Frustra etiam
querimur;

queras, quid res sit, nisi anteā an sit animaduerte-
ris: ut si constat Pygmæos esse, tum demum quid sint
queri solet. Sed quia de hac quæstione sepe ex ex-
perientia seu testibus, non ex arte aliqua, constitui-
tur, à nobis prætermissa est. Primum igitur in accu-
rata disputatione queratur quid res sit: ut si uelis
excutere quid sit uirtus, hic tibi statim predican-
ta in consilium adhibēda sunt, querendūq; in quo
ordine nomen uirtutis positum sit, et medio cris cu-
i usum usus est uidere uirum sit substantia, an qua-
titas, an qualitas, an relatiuum: et cum deprehen-
deris in qua classe sit, genus proximum excerptum erit
itaq; in qualitate uirtus, et proximum genus, habi-
tus. Non nihil promovisti deprehensor genere, sed
rem procul adhuc cernis, quare ex differentia que-
renda est: sed ut in substantiis sepe pro differentiis
multa accidentia in unum cumulum congerimus, ita
accidentium differentias petimus à subiectis et offi-
cijs. Est itaq; uirtus habitus voluntatis, quia in ea
anum parte hæret: absoluū autem differentiam, pro-
trum officium eius, ut uirtus est habitus voluntatis
qui inclinat ad agendum secundum rectam rationē.
Habes definitionem, quæ tamen melius intelligetur
cum etiam causas perspexeris, quia in ipsis etiam
definitionibus cause subindicantur, et unaquæq;
res tamen demum cognoscitur, cù causas perspeximus.

Est itaq; causa efficiens uirtutis, animus seu uoluntas, que cum consilio intellectus, seu recte ratione obtemperat, gignit actiones honestas, quas cum sepe iterat, parit sibi habitum seu ἐξιψ, sicut ceramolior fit diu multumq; tractata. Sunt enim in animo duo officia, iudicare, id intellectui tribuunt, et prosequi aut fugere que intellectus ostendit, hoc posterius uoluntati tribuunt. Neq; tamen satis est ad efficiendum firmum habitum, habere communia instrumenta, scilicet iudicium et uoluntatem, sed oportet in uoluntate etiam esse naturales quo sdam impetus, qui uehementer incitent animum ad uirtutem. Sicut eximius musicus fieri non potest, nisi singularis quidam et naturalis impetus ad musicam rapiat, nec satis est aut uocem mediocrem, aut artes habere. Nec felix Poeta offici potest, nisi peculiaris uis ingenij ad poeticon rapiat: nec satis est nosse syllabarum mensuras, quemadmodum et Horatius inquit:

Tu nihil inuita dices facies ue Minerua.

Sed ad perfectam uirtutem efficiendam illae singularis impetus in animis requiritur, quem φυσικην ἐγετήν Aristoteles et alii uocarunt.

Porrò ut uersus etiam faciunt quidam quo modo, et canit quidam sine naturali motu, ita quodam imperfecta uirtus in ijs esse potest, in quibus φυσικαι ἐγεται aut desunt, aut languidiores sunt.

Loquimur

Loquimur autem de ciuilibus uirtutibus, que efficiuntibus naturalibus possunt. Materiam accidentia non habent ex qua fiunt. Itaq; de uirtutis materiali non est querendum, sed impropre uocant materiali circa quam uersamur, aut in qua aliquid heret, sicut aut medicina uersatur circa morbos, vel depellendos uel arcendos, ita uirtus uersatur circa effectus uel gubernandos uel reprimendos, et circa contractus, circa motum, statum, cogens uoluntatem recte rationi obsequi. Hæret autem in animo uirtus, sicut in pariete color. Ipsa accidentia forma sunt, quare et de forma non admodum queri solet. Finalis causa est officium uirtutis, cogere animum obsequi recto iudicio: sunt autem et finis alij remotores, tranquillitas in uita: nam et hanc uirtus patit, sicut scriptum est: Qui frerit hæc, uiuet in eis. Comitantur uirtutem etiam opes, honos, et similia, que congerere iam ad Rhetorem magis pertinet, quim ad Dialecticum. Nam Dialectico satis est causas et naturam rei peruidisse. Reliquum est, ut uel partes uel species uirtutis recenseamus. Omnia enim vocabula, in quibus multa contineri existimantur, tum denum recte intelliguntur, cum membrorum aut partes recensueris: ut enim corporis naturam non uouit medicus, nisi singula membra, ut in anatomia monstrari solent, contemplatus fuerit, ita generalia vocabula

vocabula, nisi in species aut partes distribuantur, obscurae sunt. Sic enim et in quotidiano sermone, cum initio generali propositione aliquid comprehendimus, ut fiat magis perspicua res, species adjicimus, ut cum Horatius ebrietatem generali uerbo culpsa set: Quid non ebrietas designat? species enumerata, opena recludit, Spes iubet esse ratas, in prelatratis dit inermem et c. Sunt igitur et uirtutis species emeranda. Porro generum species per differentias colliguntur, ut supra docuimus. Differentiae vero accidentium, aut a subiectis, aut a materia circa quam uersantur, aut ab officijs petuntur. Porro uirtus omnis uersatur aut circa contractus, aut circunductates, aut circa metus, aut circa dolores. Iustitia est, que circa contractus et omnium rerum et officiorum commutationem in hac uite societate ueratur. Modestia seu temperantia, uoluptates moderatur. Fortitudo dolores depellit, et ne quid turpiter mes tu coacti faciamus, constantiam retinet. Horum si quis partes etiam requiret, ostendi iam formas in predicationis, unde haurire cetera poterit.

Nascetur mihi opus longius Iliade, si omnia persequi uelim. Sunt autem in omnium manibus libelli Ciceronis de Officijs, quos qui diligenter legent, animaduertet eorum oeconomicam ad hanc Dialecticorum precepta quadrare. Primum enim officia definita

definitur, et nomen explicatur. Est enim actio uirtutis. Subiiciuntur deinde species, officia ex prudenter, iusticia, fortitudine, modestia tracta, et ex eo bello omnes uirtutis species, si quis explicationem logiorem desiderat, cognosci possunt. Nobis hoc in loco sat is est monuisse, quod generalia nomina sint enumeratione secundum explicanda.

Postremus locus est, qui sint effectus. Porro quoties inter causas de fine queritur, scias de officio seu effectu questi nem esse: ut medicina finem dicimus esse, morbos depellere, idem appellare liceat officium seu effectum medicinae. Nam etiam si non respondeat euentus, tamen medicina munus est ex officium, curare. Et recte dixerunt veteres Dialetici, uerba in definitionibus potentiam significare, non euentum: ut cum finem esse dicimus medicinam, curare, intelligas potentiam quandam esse, que adhibetur curatio nisi causa. Sed cum finem Rhetorices esse dicimus, persuadere, intelligas adhiberi eam ad persuadendum, etiam si fecus euenit. Cum autem supra uirtutis finem ostenderimus, nihil opus est nunc de effectu seu officio multa dicere. Est enim seu finis, seu effectus, seu officium, cogere hominem ut rationi obtemperet. Deinde per rix multa uitae incommoda, nam quoniam aliquando boni fortunam iniquiorem habent, tamen cum Deus eis bona promiserit, non dubitare debent,

debent, quin diuinitus defendantur et rogantur. Hæc si quis Rhetorice velit exaggerare, posuit collationem insituere eorum malorum, quæ imprecis impendunt. Videmus enim diuinitus euenire, ut semper insignia flagitia insigne poene comitentur, id quod testantur quotidiana supplicia homicidarum, quia uix unquam euadunt, quo minus haerent in peccatis. Testantur idem miserabiles exitus Tyrannorum frequentes, ut etiam Poëta scripsit:

Ad generum Cereris sine cæde et uulnere pax.
Descendunt reges et siccâ morte Tyranni.

Sed hanc amplificandi rationem tum in Topicis Dialectici, tum Rhetores prolixè tradunt, que cum accesserit ad definitionem, et illam breuem explicacionem uirtutis, magnam haud dubie lucem eiad fert. Neq; enim iste Rhetoricus adparatus inanis quidam fucus est, sed utilitatis causa reperius est, ut proprius ostendat oculis nostris causam, de qua disserimus, non aliter atq; uiui colores in pictura rem uerius representant,

quam umbra extremis
lineis circum-
ducta.

Liber

LIBER SE

CUNDVS DE PROPOSALIONE.



Propositio est oratio indicativa et perfecta, uerū aut falsum sine ambiguitate significans: ut Cæsar non est iure occisus: Virtutes nō possunt à se mutuo diuelli, quin simul omnes in aliquem cadant. Nobis pueris exigeatur puerilis quedam diligentia, ut propositio ex uno nomine, et ex uno uerbo fieret, ut homo currit: id tametsi non reprehendo, tamen ita intelligentem, ut etiam si pluribus uocabulis oratio constet, tamen propositio appelletur, si tamen una quedam et certa et indicativa, ut Grammatici dicunt, sententia sit, qualis hec est: Ingenuas didicisse filie litterarum, Emolliit mores, nec finit esse ferros. Varie autem sunt appellationes propositionis, nam pronunciatum uocavit et Cicero, et proloquium alijs vocauerunt. Ergo intradensis artibus in primis nocere

nocere existimmo ambitionem eorum qui studio no-
uitatis sine graui causa à ueteri consuetudine disce-
dunt. Cum autem apud Latinos propositionis uoca-
bulo usi sint Cicero & Quintilianus, libenter eamē
uocem & nos retinuimus. Cicero pronunciātū ideo
uocat alicubi, quia Aristoteles in libro περὶ ἔργων
νέος uocat propositionem λόγου ἀποφάσι-
σην, id est, orationē qua decernitur seu fertur senti-
entia aliqua de re. Nam ἀποφάσιν γρά-
cunt pronūciare, ideo Aristoteles ait: λόγος ἀπο-
φάσιν τικὸς ἐστιν οὐ πᾶσσον, ἀλλὰ ἡ νόος ἀλλαγὴ
εἰπεῖν φένδεις ὑπάρχει. Stoici uocant ἀστί-
μα, quod nos propositionem dicimus: sed id nouum
est, & alienum à consuetudine Græci sermonis-
teri, ut pleragi alia commentitia Stoicorum uoca-
bula. Aristoteles tantum communissimas senten-
tias uocat ἀξιωματα, ut: Totum est maius que
libet sua parte.

DE UTILITATE HVIVS partis.

Est autem hoc loco de usu propositionis nobis
aliquanto copiosius dicendum, quamquam id inten-
pestivum in ipso huius libri testibulo uidetur: sed
ut melius intelligi posset, quæ utilitas ex hac parte
Dialectices petenda sit, statim initio iudicauimus
infimū eius

sum eius ostendendum esse. Vulgare prouerbium
est, Laudat uenales qui uult extrudere merces.
Itaq; & ego cum hanc partem operis diligenter co-
gnoscia lectoribus uelim, utilitates eius uel ampli-
simis laudibus uehere cupiam.

Est autem haec præcipua, quod in omni contro-
uersi, in omni scripto, in omni negotio, in omni epi-
stola, constituēda nobis est aliqua propositio, in qua
eius negotijs, de quo loquimur, summā comprehen-
damus. Id non tantum Dialeticti præcipiunt, sed de
ratione proponendi multo diligentius etiam Rhe-
tores præcepérunt. Nec illa cauſa est, cur tam ac-
curate de hac re præcepérint, quia multos uideas,
qui quum loquuntur nunquam cōſtituant, nunquam
significant qua de re loqui uelint. Alij etiā cum pro-
posuerunt sic obliuisuntur instituti, tanquam nomi-
nis sui, ut cum amphora cœperit institui, non raro
currente rota (quem admodū Horatius inquit) ur-
cens excat, ita fit ut corum oratio, quia nusquam co-
heret, prorsus non intelligatur. Iam quid in iudi-
candis aliorū scriptis intelligēt isti, qui non ex longa
oratione aliquam certam propositionem colligunt,
qui non ad unam propositionem uelut ad statum (ut
Rhetores uocant) seu caput, omnia argumenta re-
frunt. Proinde latissime patet usus huius partis.
Neq; perspicue scribent unquam, neq; aliena scri-
ptare

pta recte intelligent, qui non unam aliquam certam propositionem ex tota disputatione excerptū, quae rei summam et totam causam continet, ut in Miloniana oratione, Milo iure occidit Clodium. In Rosciana, Roscius non occidit patrem. In Epistola Pauli ad Romanos, Iusticia coram Deo non sunt humanae uirtutes, sed iustitia est, reputari iustum cum credimus quod propter Christum certe placeamus Deo. Si quis ad hunc modum ex unaquaque controversia excerptserit propositionem, in qua summa negotij insit, et ad quam referri omnia argumenta debent, is demum sciet uti hac parte Dialectices. Plinius alicubi primū scriptoris officium esse existimat, titulum instituti operis saepe legere, seq̄, identem interrogare, quid cōperit scribere. Videl enim multos argumenta oblitos non immorari inchoata materia, ita et in iudicandis aliorum scriptis, permulatos uidemus nihil minus animaduertere quam quid autores quos interpretantur, docere suscepserint, nec ferè unquam aut titulum aut consilium auctoris in enarrando meminisse, id plerique imperitis Dialectices accidit, periti vero cernunt, ut Cicero inquit, ubi sit et cuiusque controversie statum seu sumam deprehendere norunt, et in explicando que tuis a ingredienda sit, quis cursus tenendus, quis portus petendus uident. Neque uero tantum in longa controvērsia

propositio queritur, in qua summarē ueritatur, sed singulae argumentationes resoluendas sunt, donec earū membra, hoc est simplicissimas propositiones deprehenderis. Nam aliter de longiori orationis nuda eius membra coiungātur et introspiciantur. Aristoteles etiam uero in suo libro in scriptis, quia resoluere ad hunc modum et iudicare argumenta docent, ut posterior pars orationis et ergo se p̄ficiat ferè tota in hoc syllogismo cōsistit. In consiliis publicis hostestas uel cum periculo sequenda est. Demosthenis consilia quamvis periculosa fuerint, honesta fuerint, Ergo Demosthenes non est reprehendendus. Postquam hoc modo longe illius orationis membra oculis subiecta fuerint, tota causa iudicari facilius poterit. Sciendū autem est et hoc, indicatiuas orationes certissimā sententiam parere, et solas significare uerū aut falsum, ideo placuisse auctoribus ut haec sole propositiones dicerentur. In suis oris materijs uidetur existere imperatiue propositiones, ut suscipe bellū Cæsar aduersus Turcas. Sed haec quoque in indicatiuas mutari possunt in tercia persona, ut Cæsar debet suscipere bellum aduersus Turcas.

DIVPLEX PROPOSITIO.

Categorica una oratio est, seu ex uno nomine ex-

uno uerbo cōflatā, ut Cæsar nō est iure interfelius,
sic uocatur, quia unum quiddam uni rei tribuitur.

Hypothetica due orationes sunt, coniunctione copulatē, ut, Si fortuna uolat, fies è Rhetore consul: si asinus uolat, est alatus: de hoc genere propositionum infra dicemus. Nunc Categoricē tractande sunt, quarum naturam qui cognouerit, facile iudicabit de hypotheticis, que nihil aliud sunt quam due categoricē consuta.

PARTES PROPOSITIONIS.

Grammatici de partibus propositionis consuta lenti sunt, nam ab his nomina & uerba mutuantur. Prior pars nomen est, Aristoteles uocat subiectum, ut Cæsar. Posterior pars, uerbum, ut Cæsar uicit Gallos, id prædicatum uocant, quia nomini tribui aliquid significat. Neq; tamen uerbis tantū utimur, sed etiam nominibus, quæ tamen per uerbum substantium ad texenda sunt subiectis, ut, Modus est pulcherrima uirtus. In huiusmodi propositionibus uocant uerbum substantium copulam, quia prædicatum cum subiecto copulat.

DIVISIO PROPOSITIONVM.

Diversa propositiones. Aliæ sunt affirmatiue, aliæ negatiue. Affirmatiua est, quæ constituit seu pronunciat aliquid ad esse

esse subiecto, ut Cæsar est clemens. Negatiua, quæ aliquid subiecto admit, ut Pompeius non uicit Cæsa rem: Non facile est æqua commoda mente pati. Observent autem pueri tum demū esse negatiuam propositionem, non cum periphrasi subiecti aut prædicti negatio est, sed cum principali uerbo additur. Neq; enim negatiua est: Odi sapientem qui sibi non sapit: Ea Philosophia quæ non docet uirtutem maxime expetendam esse, officit moribus. Neq; hæc negatiua est: Nemo nō in alienis uicijs iudicandis oculatior est, quam in suis. Neq; est quisquam, quem nō in aliqua re uidere Suffenum possit. Est autem à Grammaticis petenda natura negationum.

SECUNDA DIVISIO.

Propositionum aliæ sunt uniuersales, aliæ parti culares, aliæ indefinitæ, aliæ singulares. Vnuersales, ubi subiectus præponuntur particulae uniuersales. Est autem Grammatica consuenda, quæ sint uniuersales particulae, omnis, nullus, nemo, quilibet. Omnes mutationes Rerum publicarum sunt pericu losæ. Crede mihi stulto nemo in amore sapit. Particularis est, ubi subiecto præponuntur particularia signa: Quidam, aliquis, quidam non. Quidam Germani colunt literas. Quidam Germani nō sunt biblii. Indefinitam propositionem Valla contendit uni-

uersalem representare, neq; ab re. Nam indefinita est non quelibet propositio sine signo uniuersali, aut particulari, sed ea demum, in qua uniuersitate sive aliquid proprium tribuitur, ut Virtus est praeosior pecunia, Anima est immortalis. Homo est species. Dilectio implet legem. Eloquentia est uis perfecte aliquid explicandi, hoc est, sapienter et cum summa perspicuitate.

Singularis, in qua subiectum est proprium non men, seu individuum, ut, Marcus Cicero est orator, seu hic homo est amans pacis,

TER TIA DIVISIO.

Propositio uera est, quæ cum re quam significat consentit, ut Cœlum semper mouetur. Pium est defendere presentem statum Reipublice, leges et religionem aduersus Turcas. Falsa est que à rebus dissentit, ut, Sol est bipedalis, Stellæ decidunt.

QVARTA DIVISIO.

Sunt item aliae propositiones necessarie, dia contingentes. Necessarie sunt, quando genus seu differentia, seu proprium, seu tota definitio tribuitur definito, ut homo est animal rationale, seu quod loqui potest. Religio est timere Deum, et credere Deo. Gratitudo est iustitia, reddens beneficis gratiam vel reddens officium pro officio. Contingens est, quando

quando accidentia subiectis tribuuntur, ut cum diuersorum predicamentorum uocabula coniunguntur, ut lapis est albus, ccelum mouetur, aqua calet, Aeneas uicit Turnum. Quiaq; quod praeter istum mutari non possit, et que sunt, cum sunt, ut ait Aristoteles, esse necesse est, tamen materia ipsa talium propositionum contingens dicitur, qui accidentia sunt extra subiectum substantiam. Itaq; poterat fieri, ut non uinceret Turnum Aeneas. Quare non necessaria ueritas est propositionum, in quibus accidentia subiectis tribuuntur. Genius aut et differentia et proprium cum definito seu specie ita cohaeret, ut diuelli non posset. Proinde et Plato Ideas quas uocat, perpetuas esse scribit, quia nihil aliud sunt nisi eiusmodi propositiones, seu ueritates rerum ac definitiones, quas mens cum intuetur, animaduertit aliter se habere non posse. Quoties enim de homine cogitanus, talem eius imaginem concipiimus, quod sit animal quoddam rationale, quod loqui possit. Nam posse loqui, proprium est, et haec est in hominis natura necessaria. Loqui uero si nihil nisi euentum significet, accidentis est, δύναμις proprium est, Euenter seu actus, accidentis.

DE OPPOSITIONE.

Cum hec Dialectica pars tradat artem iudicandi quid uerum, quid falsum sit, necesse fuit etiam monere,

nere, quæ propositiones, quomodo inter se pugnat.
Neg; uero est ullum maius peccatum in dicendo,
quæ pugnantia dicere, aut nō animaduertere. Op-
positionem uocant, cum due propositiones, in quib-
us eadem subiecta et predicata sunt, dissentiant.
In primis autem ἀμφισβεταῖς cauenda est in oppo-
sitionibus. Neg; enim inter se dissentiant iste: Chris-
tiani liberi sunt, Christiani non sunt liberi. Si in al-
tera propositione libertatem ciuiliter intelligas, in
altera μέτρον. Sic est ἀμφισβεταῖον no-
men seruitutis. Nolite fieri servi hominū. Et si ser-
uus uocatus es, non sit tibi curæ. Numerant species
oppositionis his. Contrarie sunt due uniuersales,
quarum altera affirmativa est, altera negativa. Ha-
c nunquā simul uera esse possunt, false esse possunt,
si sunt ambæ in contingentia materia, ut, Omnes stel-
lae sunt maiores terra, Nulla stella est maior terra.
Omnes homines sapiunt, Nulli sapiunt.

Subcontrarie, duæ particulares, quarum altera
affirmativa est, altera negativa. Haec simul uera es-
se possunt in contingentia materia, ut, Quidam ho-
mines sapiunt, Quidam non sapiunt, Quidam stel-
lae sunt maiores terra, Quidam stelle non sunt ma-
iores terra. Contradictriae sunt, aut uniuersalis af-
firmativa, et particularis negativa, aut due singu-
lares, ut Plato sedet, Plato non sedet. Contradic-
triae

Etorie acerrimè inter se pugnant, nec unquam si-
mul aut uera aut false esse possunt. Subalterne non
dissentiant: sunt enim particulares sub uniuersali-
bus positi, quæq; in argumentando colligi ex uni-
uersalibus possunt, ut: Omnes homines sapiunt, Er-
go Germani sapiunt.

Omnis stelle sunt maiores terra.	Contra- rie.	Nulla stella est maior terra.
-------------------------------------	-----------------	----------------------------------

Subalterne.

Contraria.

Quedam stella est maior terra.	Subcon- trarie.	Quedam stella non est maior terra.
-----------------------------------	--------------------	---------------------------------------

F 5 De Con

DE CONVERSIONE.

Conuersio propositionum duplex est. Prior simplex dicitur, cum ita ueritetur propositio, ut eadem signa maneant, id accedit in uniuersali negativa: ut, Nullus homo est lapis, Nullus lapis est homo. Nullus Christianus est conuiciator, nullus conuiciator est Christianus. Et in particulari affirmativa: Quidam monachi sunt pii, quidam pii sunt monachi.

Alter a forma est conuersio per accidens, cum non manent eadem signa, sed iuxta subalternarum naturam ex uniuersalibus particularia colliguntur, id accedit in uniuersali affirmativa: ut omnis homo est animal, quoddam animal est homo. Sunt autem hæ formæ conuertendæ propositionis non prorsus inutiles, & propemodum argumentorum uice usurpari possunt. Alicubiq; enim conuersione uel ad probandum, uel ad illustrandam propositionem aliquam subobscuram utimur, ut omnes fortunati insipientes rursus incident in aduersam fortunam. Ergo quosdam qui ex secundis rebus in aduersas cederunt, uerissime est flusterio fuisse, & nescisse modum tenere in secundis rebus. Est & uidere in conuersionibus in signis negatiis uim maiorem esse quam in affirmatis, signa enim affirmativa in uniuersalibus non possunt repeti, negativa repetuntur, ut, Nullus Christianus est conuiciator, nullus conuiciator est Christianus.

mus. Neque uero latè patet usus conuerzionum, sed quoties ea uti uolumus, communis consuetudo sermonis consulenda est, à qua nūquā discedere Dialetticus debet. Etenim si Dialetctica perspicua docent scientia est, planum & usitatū sermonem à Grammatica mutuari debet.

Hic etiam de æquipollentijs præceperunt, que signa inter se consentiant, ut si dicas: Nemo non amat pecuniam, habebit ea propositio uim affirmativa uniuersalis, omnes amant pecuniam. Nos ex Grammaticis scholis hanc signorum uim & mutationem adferre ad Dialetctica puerum debere censemus. Peculiaria etiam præcepta de modalibus propositionibus tradita sunt ab Aristotele. Vocat autem modales, in quibus hæ uoces ponuntur, necesse, posse, impossibile, ut: Christianos necesse est mala pati. Ego has non puto separandas esse ab eo genere categoriarum, quod hactenus tractauimus, si quis tamen earum naturam diligentius excutere uoleat, Aristotelem consulat. Nos qui ita tradere Dialetticam instituimus, ut usum artis indicaremus, quantum hoc loco fieri potest, ea tantum præcepta complexi sumus, que sèpe usum uenient, argutias quarum non admodum usus est, libenter pretermisimus, quia non ad aliquam ingenij ostentationem, sed ad utilitatem iuuenum hæc scripsimus, qui ita facilime percipient hanc

hanc artem, si non onerabuntur immodicis preceptis, et in legendis orationibus disertorum hominum uidebunt usum praeceptorum, eaque inscribendo et docendo experientur ipsi.

LIBER TERICVS DE FIGVR A=

TIONE,



T ab exiguis fontibus orta flumina, subinde crescunt: Ita artes omnes à paruis principijs manantes, paulatim latius uagantur, et sui usum magis ostendunt. Nam cum hactenus tanquam angusto alueo adhuc fluens Dialectica, tenuia quedam praecepta, de simplicibus uocibus, deq[ue] propositionibus tradiderit, nunc cum de argumentatione præcipere incipit, latissime patet. Hic primum est cernere, que uis et quanta utilitas sit Dialectica, cum enim in qua oratione argumentatione

tione utatur, neq[ue] de argumēto illo recte iudicare possint huius artis imperiti, et nulla controuersia sit, que non sit conferta argumentis: quid intelligenti, qui non norunt argumenta iusto ordine connecte re, aut uidere quomodo singula membra cohærent? Mili quidem tanquam cæca nocte nauigantes, nullam certam sententiam isti tenere posse uidentur, quæ ad lectionem cuiuscunq[ue] scripti, hoc instrumentū nō afferrunt. Non mediocris est negotiū sentire, ubi totū argumentū quis recitat, ubi partē eandem que erat infirmior dissimulauerit. Hæc qui nō animaduerit, cum sepe falli necesse est. Sæpe etiā inferuntur argumentis Rhetorica schemata. Ornatus autem quanq[ue] propositū reddit illustrius, tamen cū de argumēto iudicare uoles, detrahendus erit. Et argumenti membra tanq[ue] nuda ossa intuenda erunt, ut uideas an satis firma sint. Sæpe autē decipiuntur et obruiuntur auditores copia orationis, ut assentiatur in ea, eaque satis firmare ducant, cū excerpere nuda argumenta ex oratione non possunt. Sic Demosthenes uicit Aeschinem, quanquam in deteriore causa. Est enim hic syllogismus: In consiliis publicis honestas sequenda est, Ego honestatem secutus sum, Igitur reddi consului. Miras autē tragedias agit, tum in Maiore tum in Minore amplificanda, et orationis impetu iudicū animos perturbat, et in suas partes pertrahit.

pertrahit, commemorat exemplum Cyrsili, quod il-
lum unde cum uxore lapidibus obruerint Athenien-
ses, quamquam utiliter consulentem, quia utilitatem
præposuisset honestati, et consuisset ut Athenien-
ses dederent se Persis. Addit etiam uim minori per
collationem, nihil fœliciores esse eos, qui se cū Phi-
lippo coniunxerint. Item miserrimam fuisse fata-
ram seruitutem præterquam quod esset et c. Hoc
tamen omnia, si quis ad Dialecticam reuocet, infra-
ma sunt, quia maior ita uera est, honestatē esse pre-
cipue spectandam, ut si multa sint honesta, delectus
quidam habeatur honestorum, eaq; sequantur, que
minimum habent periculi. Nam etiam si erat hone-
stum Athenis ulcisci iniurias à Philippo acceptas, ta-
men id periculosum erat: itaq; quod proximum erat
faciendum fuit, ut pax redimeretur sine turpitudi-
ne, et sine publico periculo. Huius generis innume-
rabilia exempla quotidie animaduertere licet, ubi
copia orationis præstringit oculos legētum, ut pro-
certis incerta amplectantur.

Proinde in omnibus longis causis hoc faciendum
est, ut ad Dialecticam argumenta omnia exigitur,
et nuda considerentur, ut indicari de eis rectius
possit. Neq; uero in oratione omnes uersus ad pre-
cepta Dialectices exigi debent, sed ars quedam est
uidere argumenta, quibus unaquaq; causa nititur,
hec sunt

hec sunt ad Dialecticas formas adstringenda. In or-
natu seu explicatione argumentorum similis diligen-
tianullo modo requirenda est. Id et Quintilianus
monuit, quem locū, cum doceat et quis sit Dialecti-
cas usus, et quatenus ea sit utendum, duxi adscri-
bendum esse, ut ediscerent omnes studiosi. Sic autem
aut Quintilianus libro quinto: Namq; ego ut in ora-
tione syllogismo quidem aliquando uti nefas non du-
co. Ita constare totam, aut certe confertam esse ag-
gressionum et entymematum stipatione minime
uelim. Dialogis enim et Dialecticis disputationibus
erit similius quam nostri operis actionibus, que qui
dem inter se plurimi differunt. Namq; illi homines
docti, et inter doctos uerum querentes, minutius et
scrupulosius scrutantur omnia, et ad liquidum con-
fessumq; perducunt, ut qui sibi et inueniendi et iu-
dicandi uendicent partes, quarum alteram τοτι-
κην, alteram κριτικην uocant. Nobis ad aliorū
iudicia cōponenda oratio est, et sepius apud omni-
no imperitos, atq; aliarum certe ignaros literarum
loquendum est, quos nisi delectatione allicimus, et
uiribus trahimus, et nonnunquam turbamus affecti-
bus, ista que iusta ac uera sunt, tenere non possumus.
Locuples et speciosa uult esse eloquentia, quorum
nil consequetur, si conclusionibus certis et cre-
bris, et in unam propè formam cadentibus concisa,
et con-

et contemptum ex humilitate, et odium ex quidam seruitute, et ex copia satietatem, et ex amplitudine fastidium tulerit. Feratur igitur non scitis, sed campis, non uti fontes angustis fistulis colliguntur, sed ut latissimi amnes totis uallibus fluat, ac sibi uisa si quando non acceperit, faciat. Nam quid illam iuris lege, uelut praeformatas infantibus literas pro sequentium, et ut Graeci dicere solent, quem mater amictum dedit sollicite custodientium, propositio et conclusio, ex consequentibus, pugnantibus. Non inspiret, non augeat, non mille figuris uariet ac uerset, ut ea nasci et ipsa prouenire natura, non manus et artus suscepit magistrum fateri ubiq; uidetur? Ita Fabius monet in oratione liberius disputatione esse: sed cum iudicare de causa uoles, ornatus argumentis detrahendus erit, caq; iustis formis syllagmorum illigare oportebit.

Argumentatio est institutam propositionem ex alio colligere. Nam omnis probatio ad propositionem, ut supra dixi de promiscato, dirigenda est tanquam ad scopum seu metam: Nam probatio gignit propositionem.

Sunt autem species argumentationis quatuor, Syllogismus, Enthymema, Inductio, et Exemplum, sic enim numerantur, et nos a uulgari consuetudine non discedere decreuimus. Hic autem monendi sunt adolescentes

adolescentes; duplice esse de argumētatione questionem: Aliás enim de materia argumentorum precipitur, à quibus rebus in unaquaq; cauſa trahenda sint argumenta, ut cum dubitatur de cœde C. Cesaris, iusta sit an iniusta, unde argumenta haurienda sint quæ probent esse iniustum, aut secus: Aliás de forma argumentorum præcipitur, uidelicet, inueniam materia qua forma connecti debeat, ut intelligi possit membra recte aut secus coherere. Ut enim artifex aliás de materia deliberat, ex quo corio calceus fieri debeat, ex qua specie marmoris statua factienda sit, aliás deliberat de forma, lunatus ne calce us an gallica forma fieri debeat, militari ne habitu statua an togata fieri debeat: Ita Dialectico cum materia excogitanda et inuenienda est, tum etiam forma argumentandi querenda, ad quam exigat materiam, ut uideat an recte coherent omnes argumenti partes. Nam formæ dialectica traditæ sunt non ob hanc causam, ut præcise in loquendo eas imitarem, sicut enim ridicula breuitas illa et nimis ieuxna, sed ut in iudicando cum de aliquo argumento dubitatur, an ad rem presentem faciat cerneremus, recte an ad posite quadrent ea, quæ colliguntur ad institutam propositionem. Sepe enim uiciose colligi ab imperitis uidemus, quorum stulticiam urbanissimo epigrammate Martialis notauit, quod non

grauior adscribere, ut acuam curam in adolescentibus, si qui aliqua de re dicere aut scribere uolent.
 Non de ui neq; cāde, nec ueneno,
 Sed lis est mihi de tribus capellis.
 Vicini queror has abesse furto.
 Hoc index sibi postulat probari.
 Tu Camas, Mythridaticumq; bellum,
 Et periuria punici furoris,
 Et Syllas, Mariosq; Mutiosq;
 Magna uoce sonas, manuq; tota.
 Iam dic Posthumie de tribus capellis.

Et Socrates id uitij in Georgia reprehendit, cum
 ait apud Platonicem, ὅτι νῦν μὲν οὐδὲν συν
 πάντα κέκλασθαι λέγει μηδὲ σύμφωνος
 τὸ τρῶπον ἐλεγεῖς. M. Cicero duas esse partes
 Dialectice scribit, alteram inueniendi argumenta, alteram iudicandi. Ea que continent rationem inueniendorū argumentorū, Topica uocatur, que tota traditur infra in locis qui sic appellantur. Inde materia sumenda est, cum aliqua de re dicendū erit. Reliqua tota Dialectica uocatur nō: Tunc, docet enim quomodo iniēta connecti debent, et iudicat uirum connexa inter se consentiant. Nec putent adolescentes ex his syllogismorū formulis materiā dicendi pertendam esse. Tunc cum aliunde oblata est materiā, imitande haec formule sunt in cōnectendo, et uiden-

dum in quam formulā recte includi cōnexa possint. Hoc mirifice conducti facere in omnibus causis, uel cum docere alios, uel cum ip̄si discere aliquid ex peritus introspicere cupimus. Et cū in aliqua controversia argumentū propositū est, prima cura debebit esse consequentia, nam hoc nomen usurpat in scholis, hoc est, primum omnium uidentū est, an argumentum sit inclusum aliqui formae. Et placet cōsuetudo, que nobis pueris erat in scholis, ut cū recitasset aliquis argumentum in disputando, statim subiiceret, consequentiā ualcre, quia quadraret ad modū Dazrij, aut Ferio, aut aliū quempī. Vocant autē consequentiam bonam, cum rite omnia coherent. Mala consequentia est, cum uiciose coherent partes, ut si quis colligat, aliqui Philosophi sunt improbi, Ergo Philosophia est mala ars. Aut hoc modo. Philosophia non est Evangelica doctrina, Ergo Philosophia non est bona et utilis ars. Nihilo enim rectius coherent quam hæc, Architectonica non est Evangelica doctrina, Ergo Architectonica est mala ars. Aut hæc, Cæsar in Hispanijs est, Ergo unum frige facit. Est autem bona consequentia ea tantum, cum aliqua specie argumentationis, syllogismo, euthyrematice, inductione aut exemplo, sine uitio et iuxta precepta, que paulo post tradimus, utimur. Porro de materiā argumentorū præcipit in To-

picis. Hoc loco formas tantum ostendemus, ad quae cum adstringeris materiam, tum de mun cernes quo modo omnia membra coherent.

DE SYLLOGISMO.

Syllogismus est oratio, in qua ex duobus pronuntiatis conclusio necessario sequitur: ut, omnes magistratus sunt honore afficiendi, C. Cæsar est magistratus, igitur C. Cæsar est honore afficiendus. Veritas Dei est utilis et digna cognitione, Philosophia est veritas Dei, ut eam Paulus appellat, Ergo Philosophia est utilis et digna cognitione.

Sunt autem syllogismi partes simplices, seu membra, tres termini seu uoces, maior, minor, et medium terminus. Maior est, qui tantum in priore pronunciato ponitur. Minor est, qui tantum in secundo pronunciato ponitur. Medium est, qui in utroque ponitur. Ita fiunt duo pronunciata cum uox repetitur. Quod si ex pluribus terminis quam tribus fierent, non necessario cohererent ipsa inter se, nec ex se generent conclusionem, ut uicisse colligitur: Magistratus sunt honore afficiendi, C. Cæsar erat calvus, igitur C. Cæsar erat honore afficiendus.

REGULA.

Ex solis negatiis, ex solis particularibus non potest

potest effici syllogismus. Quia inquam enim aliquando casu inde uera conclusio sequitur, tamen illud non est perpetuum, ut:

Nullus asinus loquitur,
Nullus homo est asinus,
Ergo nullus homo loquitur.
Quoddam animal est homo,
Asinus est animal,
Ergo asinus est homo.
Quidam Reges sunt prudentes,
Midas est Rex,
Igitur Midas est prudens.

Nam maior particularis significat aliquos reges sapere, uerum inde non sequitur omnes reges sapere. Nam ex uniuersali qualibet singularis aut particularis sequitur, Ex particulari non item. Et Dialectici prudenter tradiderunt, nunquam in maiore plus esse debere, quam erat in medio in maiore. Hanc regulam si quis meminerit, viciosos syllogismos facile apprehendet et iudicabit. Nam proximus syllogismus ideo est viciosus, quia in minore Midas ponitur extra numerum regum quorum in maiore mentio facta est. Plus igitur est in minore, quam erat in subiecto maioris. Et ob hanc causam diligenter preceptum est, ut in prima et secunda figura semper maior sit uniuersalis. Nec difficile esset

esset homini acuto multas causas eius precepti colligere. Est enim ex natura ipsa sermonis sumptus. Sed ego nimis subtilitate consilio fugio, quia studia adolescentie, ut saepe animaduerti, remoratur. Et ingeniui inuenies per etatem sine monitore perficiunt huiusmodi preceptorum fontes, modo usum artis sibi faciant. Vt si enim adfert lumen precepitis.

Aristoteles etiam priusquam syllogismorum formas tradidit, diligenter idem monuit, ut maior sit universalis, et subiecto majoris uere contingatur subiectum minoris in prima figura. Loquitur autem suo quodam modo, In syllogismis affirmatiuis, aut esse oportere, Dici de omni, In negatiuis, Dici de nullo. Est autem dici de omni, quando nihil sub subiecto majoris sumu potest, de quo predicatum in conclusione non queat dici. Dici de nullo uocat: Quia, quid remouetur a subiecto in maiore, remouetur ab omnibus que sumuntur sub subiecto majori. Hanc sententiam si quis altius introspergit, videbit hoc simpliciter significari, praestandum esse, ut maior sit universalis, et ut subiectum majoris uere completestur id, quod sub eo sumuntur in minore in prima figura. Nam in hac syllogismi melius coherent, quam in reliquis. Aristoteles propter argumentum sermonis uidetur subobscurus, sed eadem sententia popularibus dicta uerbis nihil habet obscurum.

Vocat

Vocant autem in scholis has duas regulas dici de omni, et dici de nullo, principia regulativa syllogismorum. Id quia traditur in uestibulo eorum librorum, qui de formis syllogismorum scripti sunt, non uoluhi omittere. Et cum in ore sint omnia, usum tanen earum non multi norunt. Continent autem causam economiae seu dispositionis syllogismorum. Et sicut alia uoces evocare, ut vocant, naturae notae sunt sine doctoribus, sicut natura assentimur huic sententiae, Totum est maius qualibet parte: Ita syllogismorum dispositionem natura approbat, docetque primum ponendam esse causam conclusionis, deinde accommodandum esse subiectum conclusionis ad illam causam. Ita necesse est sequi conclusionem. Id docenti regule illae Aristotelis. Iubet enim ita disponi syllogismum, ut in maiore ponatur causa, et ne subiectum minoris extra causam illam ueretur, Ita sequi conclusionem necesse est, Itaque necesse est maiorem uniuersalem esse. Porrò haec dispositio proprie est syllogismorum prime figura ut in experiendo patet. Nam hi sunt perfectissimi. Secundae figure syllogismi conuersa una propositione illigari formis prime figura possunt. Proinde recte vocantur illa precepta regulativa principia, ostendunt enim quomodo disponi syllogismi, iudicio communis sensus, debeant. Nec opus est procul querere

G 4 harum

harum regularum interpretationem, si quis sensum communem consulerit, statim intelliget eas. Nam ut Arithmeticā & aliae artes inicia sumunt à sensu cōmuni, ita Dialectice principia nobiscū nascuntur.

ALIA REGVLA.

In syllogismo non sint plures termini quam tres. Nihil enim docet hæc ratiocinatio, quia non cohæret,

Omnes magistratus debent uim iniustam ui prohibere;

Petrus est Apostolus,

Ergo debet ferro uim à Christo depellere.

Nan hic quatuor termini sunt: Magistratus, id depellere uim, Petrus, & Apostolus, sunt enim diuersi termini, magistratus & Apostolus. Nam magistratus est qui gerit gladium ad prohibēdum uim iniustam, Apostolus est qui Euangeliū docet. Et diuersa sunt hæc officia. Quod si Petrus fuisset magistratus Christi, debuisset defendere eius uitā, quem admodum aliorum bonorum ciuium salutem tueri. Magistratum oportet, sed quia Petrus erat homo priuatus, non licuit ei arma capere aduersus legitimos magistratus, qui Christum præhenderunt.

Et hoc præceptū late patet, quia enim non debent in syllogismo quatuor termini esse, εμφί-

λε diligenter uitanda sunt, Quale est hoc.

Nulli reges reddunt tributa magistratibus,

Omnes Christiani sunt reges,

Ergo nulli Christiani debent tributa magistratibus soluere.

Nan rex in maiore ciuiliter accipitur. In minore ut laicopœicus, pro eo qui dominatur morti & peccato, quare iudicari debet, diuersa uocabula, seu diuersos esse terminos.

Quidquid emisi, comedisti,

Crudum emisi,

Ergo crudum comedisti.

Hic in maiore nomen est substantia, quidquid in minore nomen est accidentis, crudum. Plus igitur est in minore, quam in subiecto maioris.

Quod ego sum tu non es,

Ego sum homo,

Ergo tu non es homo.

Verbum sum, est ἐμφίβολον, nam aliâ signifat naturalem existentiā, ita in maiore accipitur, aliâ significat Dialectice cōmuniā uocabula de angustioribus prædicari. Petrus est homo, Paulus est homo. Hoc modo in minore accipitur. Sunt igitur in illo syllogismo quatuor termini.

Meminerint & hoc adolescentes, quod medium nonquā in seruitur conclusiōni. Nam mediū causa

est, cur in conclusione prædicatum subiecto insit.
Quare in utraq; propositione ante conclusionem
poni oportet, nec repeti in conclusione potest.
Nam, ut supra dixi, maior causam conclusionis con-
tinet, minor accommodat subiectum conclusionis
ad causam. Et docet eam dispositionem natura. Nec
causa illius alia querenda est.

Cicero uocat syllogismum ratiocinationem in li-
bro de Inuentione. Et facit quinq; partes Syllogi-
smi. Verum ipse maiori et minori addit probatio-
nes. Idem ferè facit Quintilianus, qui etiam uocat
enixq; uxor quo hic syllogismos adpellamus.
Hac si obseruaueris, facile intelliges ea que prece-
perunt Rethores de syllogismo.

Sunt autem figure syllogismorum tres.

In prima figura, medium est in maiori subie-
ctum, in minore prædicatum.

MODI QVATVOR SVNT.

Modorum alij sunt uniuersales, alij particulas
res, alij affirmatiui, alij negatiui. Hic monendis sunt
pueri, conclusionem semper fieri particularem, si
altera propositionum sit particularis. Negatiuum,
si altera propositionum sit negatiua. Porro adpe-
lationem accipit modus à conclusione;

Bar Omnes res diuinæ sunt colendæ,
bi Omnes leges magistratuū sunt diuina oracula
ra. Ergo, Omnes leges sunt colendæ. (la,
Ita Dialecticus breviter comprehendit argu-
mentum, Rhetorica addit elocationem, quæ non in-
anem fucum cauſe inuit, sed reddit illustriorem
Et magis conspicuan rem, ut proprius cerni posset.
Adparet enim maiorem fore clariorem, si quis simi-
litudinem, si aliquos gestus orationi addat. Sicut
sceleratum et amentem esse omnes iudicaret eum,
qui ausus esset sacras ceremonias in templo pedibus
concultare, ita execrari debemus eos, et iudicare
non esse sanos aut sue spontis, sed furijs agitari,
qui publicas leges audient reprehendere, aut con-
tumelia afficerent.

Bar Bonorum uirorum consentientes sententias
sunt ueræ,

bi Animam hominis esse immortalē boni uiri
magno consensu dicunt,

ra. Ergo animas immortales esse, uerum est.

Hic syllogismus totidem ferè uerbis apud Plato-
nem extat in Epistola quadam ad Dionysium. ὅτι
ἡγεμονία τε καὶ σέβησθαι ποιῶμεν, δοῦτος εἰ τις
κλέος τοῖστα τεθνῶστι οὐν διδέεται γέγονται
θελήσαι φυχαὶ μαντεύονται ταῦτα γ-
τωστούσι, οὐδὲ μοχθεότεται οὐ φασι. Κα-
πάπερα

giō̄tegē dē τὸν δέιων ἀνδρῶν μανίαν
ματα, ἡ τὸν μὲν. Hic primo loco posita est
conclusio quod existimet sensum aliquem in mortuis
esse. Secundo loco posita est Minor: Bonos viros sic
sentire. Maior sequitur, καὶ πάτερ εἰς τὸν δέιων
ών ἀνδρῶν μανίαν ματα. Ita sine ornamenti
eo loco natus syllogismus recensetur.

Bar Omne animal est substantia,

ba Omnis homo est animal,

ra Ergo omnis homo est substantia.

Hoc exemplo ideo utor, qui a facile est hic audere
medij dispositionem. Et imperiti in his uocibus
animaduertere possunt, quomodo communia uoca-
bula gignant conclusionem. Medium sc̄re est com-
munius nomen subiecto cōclusionis, s̄pē genus est,
s̄pē species est, cum subiectum conclusionis est sin-
gulare. Et de medio in maiori dicitur aut aliud no-
men communius, aut differentia, aut accidentis. Tas-
sem dispositionem uocum cōnunium et minus com-
muniū ualde prodest obseruare. Sed tamen exers-
cendi sunt adolescentes syllogismis sumptis à rebus
cōmuniū ac ciuilibus, quia ibi artis usum uident.
Et monstrant praeceptores etiam in ciuilibus exem-
plis uoces communes, et minus communes, ut intel-
ligi posse quomodo ad regulam, Dici de omni, quā
suprà tradidimus, syllogismi dispositio quadret, ita
coagmen-

coagmentatis uocibus communibus et minus com-
muniū, ut subiectum Minoris uere contineatur in
subiecto Maioris, tanquam in uoce communiore, aut
certe non angustiore.

Bar Omnis legitima uindicta, quæ fit per Magi-
stratus, est licita Christianis,

ba Omne legitimū bellum, est uindicta quæ à
Magistratu exercetur,

ra Ergo, Omne legitimū bellum est licitum
Christianis.

Ce Nullum animal est lapis,

la Omnis homo est animal,

rent. Ergo, Nullus homo est lapis.

Ce Nulli ambitiosi sunt idonei ad docendam Ec-
clesiam,

la Omnes neophyti sunt ambitiosi,

rent. Ergo, Nullis neophytiis committendum est
minus docende Ecclesiæ.

Minorem magis perspicuum faciet elocutio, si
quis colligat exempla adolescentium, qui per ambi-
tionem deturbarunt Res publicas. Sicut et apud ue-
terem Poetam, cū interrogat quispiam, Ecqui per-
diderint Rempublicam? Respondet Poeta:

Oratores noui, adolescentuli, stulti.

Da Omne animal est substantia,

ri Petrus est animal,

i. Ergo

- i. Ergo, Petrus est substantia.
 Da Vim uir repellens iuste facit,
 ri Milo occiso Clodio vim uir repulit,
 i. Igitur, Milo occiso Clodio iuste fecit.
- Est et hic uidere apud Ciceronem, quomodo ad
 dat elocutio lucem ex pondus huic propositioni,
 Vim uir repellere licet.
- Fe Nullum regnum scelere partii est diuturnum
 ri Philippi Macedonis regnum est scelere partii
 o. Ergo non potuit esse diuturnum.

Hic syllogismus est in secunda Olynthiaca à De
 mosthene tractatus.

Kαὶ μὴ τὸ οὐκέτιστον ἔμμενον ταῦτα μεν δύται
 ἔχειν καγέται, οὐτε ταῦτα δέ βίσι κατέβειν ἀν-
 τρυ τὰ τρέμουματα τοῦτο τὰ χωρία, οὐ λιπ-
 νασταταῖς τὰ τοιαῦτα τροσειλιφενταῖς, δύκ
 δρθῆσθαι. δταυ μὲν γέρητον δινούσις τὰ
 τρέμουματα συντάξῃ, καὶ ταῦτα ταῦτα συμ-
 φερεῖ τοῖς μετέχεστοι τῷ τολέμεῳ, τῷ συμ-
 ποντῷ τοῦ φέρειν τὰς συμφορὰς, οὐ μένει
 ἐθελαστικοὶ οἱ αὐθεωποι. δταυ δέ εἰπε πλεον
 τίσις οὐτονομίας τις, ὁστός οὐτος, ιούτη,
 οὐ τρόπη τρόφαστος καὶ μετρός πλαστος
 ἀπαντά αὐτοχάτιστος τῷ διελυτοῖς, οὐ γέ-
 τειν, οὐκ εἴη μὲν διαδῆσθαι τοιούτοις, αὐτοῖς
 τὰ τῷ επιτορκεῖται καὶ γερμόμενον, δινο-

μην βεβαιεῖται κατάστασί. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα
 εἰς μὲν ἀπαξ τῷ βεβεχόντι χρόνον καντέχει,
 καὶ σφόδρα γε οὐτούτου επὶ τοῖς ἐλπί-
 σιμοῖς τούτοις τοῦτο τοῦτο γέρητον δε φωράται, οὐ τε-
 γείται καταρρέει. ὁστεος γέρητος δικαστής
 οὐτοίς τῷ διώλητον διώλητον τοιστοις, τὰ
 κατωθεῖται οὐχιρωταῖσιναι τοῦτο μὴ τοῦ
 πράξεων τὰς αρχὰς οὐ τὰς ὑποθέσεις ἀλλα
 θεῖς οὐ δικαστᾶς εἰναι τροποσήκει. ὅτο δὲ δύκ
 ει τοῦτο εἰ τοῦτο τετρεγγένενος φιλίππος.

Hunc locum adscripti, ut uideant adolescentes
 quomodo ad propositiones accedat ornatus. Initio
 ponitur conclusio, non posse esse diuturnum Philip-
 pi imperium. Deinde sequitur Maior, qua est miri-
 fice tractata, et amplificata circumstantijs et cau-
 sis, quod non maneat in officio illi qui ui continen-
 tur, sed ad primam occasionem ac leuam offensionē
 defecturi sint. Addita ratio est, quia regnum periu-
 rīs et fraude partum non sit diuturnum, sed ali-
 quandiu floreat, dum id sperant homines armis et
 iudicandi posse, sed tempore collabitur. Accedit
 similitudo, ut adficiorum fundamenta oportet fir-
 ma esse, ita et causas negotiorū oportet iustas esse.
 Maorem sequitur Minor paucissimis uestibus: Res
 philippi non habent se hoc modo. Vide quantū acce-
 dit lucis huiusmodi locis scriptorum, si quis ad hinc
 modum

modum ad præcepta Dialectices reuocet. Et perh[ic] net ad officium præceptoris in enarrandis bonis au toribus, præsertim in locis insignibus ostendere pro positionem ac argumentorum ordinem hoc modo. Sed prudentia quædam ad hanc rem adhibenda est ne superstitiose singulos uersus, aut singulas uoces putent præceptis Dialectices illigandas esse. Libe rior aliquanto est oratio, ita tamē, ut membra prin cipalia certa quadam arte connectantur.

Fe Nullum animal est lapis,

ri Plato est animal,

o. Ergo Plato non est lapis.

Fe Malum bene conditum non est mouendum,

ri Plurēq; ueteres ceremoniae sunt malum bene conditum,

o. Ergo non sunt mouenda.

Addiderunt et alios modos, quorum nullum deo usum esse in sermone communi. Et ita cognate formæ sunt his modis quos tradidi, ut etiam ab indo cts agnoscí similitudo posset. Nec ullus syllogismus in prima figura cotexitur, qui non in aliquem illorū modorum includi posset, quos tradidi.

In secunda figura medium in Maiore et Minore prædicatum est.

Ce Nullus lapis est animal,

fa Omnis homo est animal,

re. Ergo

re. Ergo, Nullus homo est lapis.

Ce Nemo Christianus ledit Magistratum,

fa Omnes seditionis ledunt Magistratus,

re. Ergo, Nulli seditionis sunt Christiani.

Ca Omnes Christiani colunt Magistratus,

mes Nulli seditionis colunt Magistratus,

tres. Ergo, Nulli seditionis sunt Christiani.

Fes Nemo deditus luxui est studiosus bonarum artium,

ti Celsius est studiosus bonarum artium,

no. Ergo, Celsius non est deditus luxui.

Ba Omnes qui ex Deo sunt, uerbum Dei audiunt,

ro. Pharisei uerbum Dei non audiunt,

co. Ergo, Pharisei non sunt ex Deo.

Barbara, Celarent, prime, Darij, Ferioq;

Cesare, Camestres, Festino, Baroco secundæ.

Tertia figura est, in qua medium ponitur subiectu loeo in Maiore et Minore. Nec sane tam molli ter coherēt huius figuræ syllogismi, ut superiorū, id quod intelligi potest, si syllogismus in enthymema mutetur. Itaq; Laurentius Valla non leuiter stomachatur hoc loco, et Aristotelem tanquam capituli iudicio accusat, quod hanc figuram tradiderit. Sed Valla dum nullum rixandi finem facit, sepe etiam in currit, ut sit ab iracundis, in illos qui nihil peccauunt. Nihi non tam plumbeo ingenio Aristoteles

H fuisse

fuisse uidetur, ut nulla de causa tertiam figuram trahiderit. Est enim reperire exempla eius figura, in quibus si mutes dispositionem medij, feceris totum syllogismum obscuriorum: Quanquam igitur non sit coagmentatio tam concinna uocum in hac figura, quam est in superioribus, tamen quia sepe ut ea comode possumus, non fuit haec figura pretereunda: Extat enim exemplum eius in Evangelio.

Deus est Deus uiuorum,

Deus est Deus Abrahæ,

Igitur Abraham uiuit.

Hic si quis alterutram propositionum mutaret, argumentum obscurius erit. Et multa similia exempla obseruauit, que me mouent, ut hanc figuram non ducam esse repudiandam. Sequamur igitur ueterem scholariū consuetudinem, nec nobis excuti de manib[us] ueterum inuenta finamus, sed ea tanquam sacra colamus et ueneremur.

MODI SEX.

Da Omnis superbia habet calamitosos exitus,

rap Omnis superbia oritur ex secundis rebus,

ti Ergo sepe res secundæ habent calamitosos exitus.

Fe Nulla uirtus est fugienda,

lap Omnis uirtus paratur labore,

ton. Ergo

ton. Ergo Quidam labor non est fugiendus.

Di Ius naturale concedit uim uī depellere,

scilicet Omne ius naturale, est ius diuinum,

mis. Ergo ius diuinum concedit uim uī depellere.

Da Omnis cognitio virtutum necessaria est ora-

tori,

ti Cognitio virtutum est Philosophia;

si Ergo Philosophia est necessaria Oratori.

Bo Prouocatio non est prohibita Christianis, nam

Paulus ea uititur,

car. Omnis prouocatio est contendere in iudicio,

do. Ergo contendere in iudicio non est prohibi-

tum Christianis.

Fe Nullæ ueteres leges sunt è Republica tol-

lenda,

ri Pleraque ueteres leges habent aliquid uicii,

son. Ergo quedam uitia non sunt tollenda è Rea-

bus publicis.

Nominia modorum finixerunt certo consilio,

quare nos mutare noluimus. Nam uocales sunt no-

te affirmationis, negationes uniuersalium, et par-

ticularium.

A Designat uniuersalem affirmatiuam.

E Designat uniuersalem negatiuam.

I Designat particularem affirmatiuam, aut

singularem,

O Designat particularēm negatiūm, aut singularēm.

In secundā & terciā figura prima litera uniusq[ue] modi subindicit eum modum reduci posse ad similem modū primæ figuræ, cuius id est invenitum. Quia enim durius uidentur syllogismi secundæ & tertiae figuræ coherere, docet Aristoteles illorum dispositionem ita probari posse, si diligenter modis prime figuræ, idq[ue] sit alijs maiore, alijs minore conuersa, nonnuq[ue] etiam transpositis dispositionibus. Multa traduntur ea de re recepta, que quidem non contemno, ualent enim ad exercenda acuendaq[ue] ingenia. Rectius enim perspicuum consequentiam seu dispositionem illi, qui retexunt syllogismum, ex uarie connectunt. Oratio enim plurimi, ut caro flexibilis est, ex facile alias formas induit. Ego tamen certo consilio haec precepta de reductione syllogismorū, ut uocant, omisi, quia summa quandā cōpendiarū artis trado, qualem initio prodest discere, ut uim atq[ue] usum artis in praceptis, quorū usus est frequentissimus cognoscant. Nam in omni genere studiorū video conducere, ut primum quedam artis, quam quis utiliter discere uoleat, summae uero methodus pingui Minerua tradatur, hac cognitā licet attingere illa, quæ putatur esse subtilia.

Eratio reducendi syllogismos propter uarietatem

tatem preceptorum difficultis uidetur adolescentibus. Et in communī sermone, ac disputationib[us] doctorum nullum ferè habet usum. Nam cum syllogismum ex secunda figura in primam transtulimus, prorsus fit alia medij dispositio, itaq[ue] iam ad eam caussam, ad quam factus est, non satis apte quadrat, ut res ipsa ostendit.

Nam secunda figura aptissima est aduersariis sententijs. Prima non item.

Nullum peccatum est honore afficendum, Scriptura præcipit magistratum honore affici, Ergo scriptura docet magistratus gerere non esse peccatum.

Si transferas ad Ferio mutata medij dispositio ne fit obscurior oratio, nam maior est conuertenda. Nihil quod honore affici debet, est peccatum. At quanto magis perspicua est oratio, Nullum peccatum est honore afficiendum.

Quanquam utra oratio magis perspicua sit non perinde cernitur, cum finguntur exempla. In serijs actionibus magis est uidere quantum referat non mutari dispositionem medij. Nam ibi sepe mutata dispositione, totares fit obscurior. Concinna est argumentatio in tertia figura,

Da Deus est Deus uiuorum,
ti Deus est Deus Abrahe,

H 3 si Ergo

si Ergo Abraham uiuit.

Datis reducunt ad Darij tanquam ad modum maxime similem, quare hic syllogismus itam tandem erit.

Da Quicunq; habent Deum, illi uiuunt.

ri Abraham habet Deum,

i. Igitur Abraham uiuit.

Non absurda argumentatio est. Naturae alter cum sit, ut bone consequentie in alijs figuris transferri possint ad primam figuram. Tam conoda dispositio est in prima figura, sed tamen cum idem argumentum in tertia figura disponitur, maior significans effert hanc sententiam. Deum esse protectorem, et defensorem uiuorum. Nam qui non sunt, nihil habent opus defensore et custode.

Qui uulgo in scholis tradebant reductionem syllogismorum, neque utilitatem eius rei aliquam ostenderant, neque causas et fontes perspiciebant, cur toties idem syllogismus variari posset.

Si quis tamen haec precepta penitus uoleat cognoscere, legat Aristotelem, sed hunc nemo intelliget, nisi quandam artis summan ad eum attulerit, et prius aliqua ex parte scierit, quis sit usus Diælectices. Nobis pueris enarrabatur Aristoteles in scholis ab imperitis hominibus, qui eloquentie sua die non attigerant, qui nullum stylum usum habebant, quinon

qui non erant uersati in subtilibus et granibus controversijs. Hi cum neque uim neque usum artis perspicerent, non poterant exilia et obscura praepartit, illius priora reddere. Nos igitur elogimus ex arte ea, que maxime necessaria uidebatur, et ad hanc usum magnum scribendi ac disputandi de granibus rebus accedere uolumus. Hic usus acut iudicium, ut plura precepta non magnopere requirenda sint. Et si quis requiret illa, sic instructus Aristotelem utiliter leget et sine magno negotio assequi poterit. Carterum ut claudus pilam retinet, sic Aristotelem habent in manibus isti, qui ad eius lectionem non adhibent usum scribendi aut tractandi iudicandi, graues et subtile contiouerter. Haec de reductione syllogismorum satis sit monuisse. Meo iudicio longe præstat cogere adolescentes, ut multos syllogismos uarijs de rebus fingant, quin preceptis reducendi syllogismos onerare, cum caussas reducendi illa uix perspicere possit.

DE SYLLOGISMO expositorio.

Magna laus est syllogismi expositorij, et usus eius aliqui esse in subtili disputatione potest, quare et nos mentionem eius hic faciendam esse duximus.

Est autem syllogismus expositorius, in quo mea

dium est singulare. Et sit in tertia figura commo-
dissime.

Hoc est animal,

Et hoc est homo,

Ergo homo est animal.

Pauli prouocatio erat licita,

Et Pauli prouocatio erat contendere
re in iudicio,

Ergo contendere in iudicio est licitum.

Habet etiam h.ec consequentia in natura pos-
sitam, quandam νοντινην, ut uocant, hoc
est sententiam quam omnes natura docet, de qua sa-
tis est sensum communem consulere. Agnoscent enim
eam ac probant omnes sani, si tamen admoneantur.
Quae uni alicui conueniunt, illa inter se quoq; con-
iuncta sunt.

Fiunt et negatiua hoc modo,

Plato non est asinus,

Plato loquitur,

Ergo quidam quod loquitur non est asinus.

Petrus non gesit imperium, seu nihil constitutus
est de civili administratione regnum,

Petrus gesit claves a Christo traditas.

Ergo claves a Christo tradite non sunt ges-
tare imperium, aut regna mundi constitutae
erit.

Eft CT

Est et huius consequentiae ratio sumpta a com-
muni sensu. Quando aliquid remouetur ab aliquo;
remouetur ab his etiam quae illi coniuncta sunt. Et
hec ratio docet oportere sicut in alijs bonis syllo-
gismis, ita hic etiam alteram propositionem affirma-
tiuam esse. Nam ex solis negatiuis, ut supra dictum
est, non recte fit syllogismus.

Est autem usus syllogismi expositorij duplex:
Primum enim docet, quomodo ex singularibus pro-
positionibus colligenda sit aliqua communis. Porro
cum omnis humana cognitio a sensibus oriatur, Sen-
sus autem circa singularia uersentur, unde mens co-
munes imagines et sententias transfert, propemo-
dum hec via argumentandi prima est in natura, sa-
pegitur ea uitetur, quia frequenter ab exemplis et
experiencia ducimus argumenta, que hac forma
connectuntur.

Iste est leuatus tuſsi,

Iste est usus Glycyrriza,

Ergo utens Glycyrriza leuatur tuſsi.

Alter usus est, communis propositiones expone-
re, ac uelut ostendere subiecta singulari. Si quis pro-
posita communi propositione dubitat, utrum Magi-
stratum gerere liceat, res sit clarior, subiecta singu-
lari. David erat pius, David gesit magistratum,
Ergo Magistratus gerere licitum est. Item commu-

H 5 nis pro

nis propositio est: Non sunt lati exitus Tyrannorum, haec sit clarior subiecta singulari. Phalaridis exitus triflits fuit, Phalaris erat Tyrannus, igitur non sunt lati Tyrannorum exitus. Ad hunc modum etiam in Rhetorica docent communes propositiones expōnere subiectis exemplis. Et Aristoteles propterea vocavit expositionem harc argumentandi formam, quia explicet communes propositiones. Docet autem cū alios obscuros syllogismos, tum maxime eos, qui in tertia figura fiunt, probare per expositorios seu reducere ad expositorios, hoc modo.

Di. Pronocatio est licita Christianis,

Ja. Pronocatio est in iudicio contendere.

mis. Ergo in iudicio contendere Christianis licet.

Si quis de hac conclusione dubitet, resoluantur praemissæ per expositionem.

Maiori subiectatur singularis.

Pauli pronocatio erat licita.

Subiectatur ex minori singularis.

Pauli pronocatio erat contendere in iudicio.

Hinc fit eadem conclusio, Ergo in iudicio contendere Christianis licet.

Cum autem hec conclusio recte effici posset ex propositionibus syllogismi expositorij, debebit etiam sequi ad propositiones prioris syllogismi. Nam expositorius syllogismus, nihil est nisi quedam communi-

mum propositionum explicatio. Non igitur mutari conclusionem, tantum praecedentes propositiones reddit magis perspicuas. Propemodum ob hanc causam existimant adolescentes reduci syllogismos ad expositionem. Semper enim prodest communes propositiones exponere per singulares propositiones tanquam per exempla. Idque sāpe fit in omni sermone, et in disertorum scriptis, ut apud Ciceronē cum docet, principes Rerum publicarum non debere precipites esse, et contationem prodesse in magnis rebus gerendis, sc̄re totidem argumentatur verbis, communem sententiam exponens per singulare propositiones.

Fabius Maximus seruauit urbem Romanam.

Fabius Maximus fuit contator,

Ergo contatio seruat Respublicas.

Possunt infinita huiusmodi exempla adferre.


Nam incurruunt tales argumentationes in quotidiani sermonem, etiam ignorantibus, ut:

Christus est passus,

Christus est filius Dei,

Ergo filij Dei adfliguntur.

Est enim, ut supra dixi, prima hec via argumentandi, quam natura ipsa nos docet. Sed ars est observare in sermone, an membra rite coniuncta sint. Ideoque fit eius in Dialectica mentio, ut certa quantum disponit



dam dispositionem teneamus, in qua facile membra
confisci et iudicari possint.

Ad extreum hoc monendi sunt preceptors,
ut in enarrandis autoribus sepe ostendantus sum Du-
lectices, argumenta, quae in manibus habent, illigat
formis Dialecticis. Ita non tantum artis uim per-
cipient auditores, sed etiam melius intelligent eorum
torum sententias in quibus uersantur. Reuocent ei
am in scholas morem disputandi, et causas sumunt
non inanis, quales olim agitabantur, sed iucundam et
utiles moribus. Omne tulit punctum, qui miscuit ui-
le dulci, ut Horatius inquit. Quare eligant tales ma-
terias, que simili delectent et forment iudicium de
rebus quarum in hac communi uita cognitio necessa-
ria est, ut iure ne C. Caesar interfactus sit. Iure ne
Germani titulum imperij possideat. Liceat ne Chri-
stianis bellagerere, exercere magistratus. Liceat ne
fures suspendere. An oporteat Christianos discede-
re a facultatibus suis, easq; in commune conferre.
Recte ne fecerint Apostoli, cum uiolarunt tradicio-
nes Pharisaeicas. Quid interfit inter Christianam iu-
sticiam, et ciuilem seu Philosophican iusticiam.
Quid sit iustitia Christiana. Quid poenitentia. Quid
sit fides. Recte ne Aristoteles scripscerit iustitiam co-
mutiuam consistere in proportione Arithmetica,
Distributiuam in Geometrica proportione. Et de-

veram

rerum natura, Quae causa sunt Eclipsiis solis ac lue-
ne, cur non singulis mensibus accidat Eclipseis lue-
ne, cum in oppositione semper uideatur terra inter
sollem et Lunam posita. An fuerit naturalis Eclipseis,
que accidit sub mortem Christi. Quae sunt cau-
se, cur spacia dierum non sunt aequalia. Cur alijs lo-
ci uarent eodem anno tempore dierum spacia. Intra-
ibus controversijs facile possunt argumenta repe-
niri in tanta copia rerum quas continent. Et habet
soluptatem maximam tantarum rerum subtilior
tractatio, et adfert utilitatem non contemnendam.

Et ut impenitus facile possint argumenta exco-
gitare, admoneant preceptores, quod plerique in ma-
iore, ut vocant, colloqui posse aliquam gnoma, aut
lex, aut alia communis sententia, seu locu[m] communis.
Id si qui animaduident, sine magno negotio fingent
argumenta. Et hec exercitatio efficit, ut maiori stu-
dio communes sententias et locos communes in una
quaq[ue] disciplina obseruent. Plurimum autem prodest
habere supplectilem copiosissimam communis
sententiarum, legum et preceptorum.

Cicero precipit aliquoties, ut in causis transfe-
ratur oratio ab hypothesi ad thesin, propterea q[ue]
omnis oratio de locis communibus sit uberior et splen-
didior. Porrò in faciundis syllogismis, natura cogit
tos à thesi ordiri, et hypothesin in conclusione po-
nere.

more. Proinde quemadmodum oratorem oportet habere locos communes bene meditatos, ita in eorum genere exercitari uelut eos qui dant operam Dialecticam.

Cum controvërsia proponitur, admonet preceptor, ad quem locum communem referenda sit, ut ex eo sumant theses, hoc est, maiores: ut si difficietur, quod liceat bellum aduersus Turcas gerere, Locus communis est, de iuridicta. Est enim iuridictabili genus. Hic percurrendae sunt: animo sententiae et que iuridictam prohibent, et que permittent, et eligendae, que ad rem uidentur esse facturae.

Requireret aliquis hoc loco fortasse etiam ut de iustis syllogismis dicam, et de ratione dissoluendi uicioſa argumenta, quemadmodum Aristoteles syllogismos compoſuit, ut agnoscit uicioſe ratiocinationes possint, sed infra de ea re pauca quedam precepit tradimus. Cxv. Anquam magna ex parte deprehendi et dilui mala argumenta possunt, si quis diligenter meminerit eas regulas quas supra recitatimus. Ne ex puris particularibus fiat syllogismus, neuerat linquatur in syllogismo uox ambigua.

DE ENTHYMEMATE.

Enthymema est multilatus syllogismus. Fit enim omisſa aut Maiore, aut Minore, ut:

Gracchus

Gracchus fuit seditionis,

Igitur iure occisus est.

Hic maior deest, Seditionis licet interficere.

Seditionis licet occidere,

Igitur Gracchus iure occisus est.

Hic deest Minor, Gracchus fuit seditionis.

Dissimulatur autem altera propositio de industria, alias studio breuitatis, cum odiosum et longum uidetur recitare propositionem, quae se ultro offert, alias cum parum firma uidetur, ut propositum non ex primi, ut: Alexander est ebriosus, igitur per unum strenuus est. Nam prermissa propositio infirma est, Ebriosi non sunt strenui. Et Aristoteles ob eam causam dixit enthymema constare ex signis, quia uidit maxime usurpari formam enthymematis, quando signis argumenta ducuntur, ubi necesse est aliqua propositionem infirmam uerecunde pretermittere.

Prior enthymematis pars dicitur antecedens, posterior dicitur consequens. Consequentia uero appellatur ipsa connexio, quae cogit semper dissimulatam propositonem requiri. Et diligenter in scholis efficiendi sunt adolescentes, ut obseruent, quando sit negandum antecedens, quando consequentia sit neganda. Atque haec appellationes membrorum enthymematis retinende sunt, ut diserte singulorum propositionum uicis, cum opus est, ostendi possint.

Hic ante

Hic antecedens est negandum.

Poëta docent iniūlia,

Ergo Plato iure elecit eos ē ciuitate.

Hic consequentia neganda est.

Episcopi non rite gubernant Ecclesias.

Ergo licet populo cogere eos armis ad abdi-

candos Episcopatus.

Semper autem ita cerni poterit, ubi sit enthyme-
matiū uicium, si statim in integrum syllogismum au-
tabitur, in quo facilius est uidere que proposicio
sit falsa.

Ex posteriore enthymemate fit hic syllogismus.
Omnis Magistratus, qui male administrant consi-
pitiū munus, debent armis cogiā subditis, ut abducant
Magistratus.

Episcopi male gubernant Ecclesias,

Ergo Episcopi sunt cogendi armis ut abdu-
cent Episcopatus.

Maior est falsa.

Nam Magistratus omnes colendi sunt, etiam si
officiū suum non faciant. Seditio et parricidium
est sumere arma aduersus Magistratus.

Vocabulum ἐνθυμητικό significat cogita-
tionem. Et hanc argumentandi formam adparet sic ap-
pellata esse, quia hic non longa supputatione, ut si
in syllogismis, utimur, sed breui cogitatione uide-
mūr mori.

mūr moueri. Propemodum ut Germani subitanco
gitationem uocant ein zuſal, uel ein bedencken. Nā
id nomen etiam Germani de breui ratione usurpat,
ut Non entam ueſtem, deſſt enim pecunia. Porro
multum in omni sermone utimur enthymematis,
uel aperte, uel tacite. Sæpe enim cum non uidemur
argumentari, tamen argumentum una uoce nota-
mus, qualia sunt: Quid agerem cum ebrio? Puer in-
dulgentia parentum corruptus difficulter à pre-
ceptoribus regitur. Apud Linium de Alexandro.
Ille nō, qui temulento agmine commessabundus in-
cessit, par esset Romanis? Sunt enim in his uerbis
enthymemata, temulento agmine, et commessabun-
dus incessit, si quis explicet. Temulentum agmen est
imbelle, Ergo non est par Romanis. Et commessa-
bundus dux non est fortis, Ergo non est par Roma-
nis. Ita solent in omnem sermonem tacite spargi en-
thymemata. Nec nihil addunt ponderis hoc modo
affera, quare de hoc genere Rethores precep-
erunt ne sit inanis oratio, sed ut habeat pleraq; uer-
bi, etiam cum non argumentamur, sensu aliquo tin-
cta, ut Fabius ait, que admoneant auditorem argu-
menti, aut gravis alicuius sententiae.

Ceterum manifesta enthymemata innumerabilia
libet reperiuntur, que quia facile deprehendi
possunt, modo non sint ignota precepta de forma

enthymematis, nihil opus est hic adscribere multa exempla. Nonnunquam, quia sunt amplificata et ornata argumenta pluribus uerbis, non perinde agnoscit possunt ab imperitis, nisi detracto ornatio, ut apud Ciceronem extat hoc argumentum.

Magni uiri in ocio aliquid agere debent,

Ego igitur in ocio orationes scripsi.

Sed ipse pluribus uerbis recitat hanc sententia.
Nam quas tu cōmemoras Cāsi legere te solere orga-
tiones, cum ociosus sis, has ego scripsi rūdis, & frē-
rus, ne omnino unquā effēcētiū ociosus, Etenim M. Cat-
tonis illud, quod in principio scripsit originū sua-
arum, semper magnificū & p̄eclarū putauit, clara
rum uirorū atq; magnorū non minus oīci, quām ne-
gotij rationem extare opōrere. Hic prior perio-
dus continet consequens, posterior continet antecē-
dens. Huiusmodi argumenta apud scriptores iudi-
cari melius poterunt, cum pr̄cipiūe propositiones
excepuntur ex formis dialecticis includuntur.

Sæpe autores ipsi coniungunt nudas propositiones, prorsus dialecticorum more, ut Demosthenes. Successus seu secunda res infatuant imperios. Ergo difficilis est recipere parta bona, quia parat. Id enthymema extat in prima Olympiaca: οὐ γὰρ τέλει τοι πεποιηται αἴσιαν, ἀφοῦντο τοι κακῶς φέρουσά τοι ἀνόντοις γίνεται, διότε τοι μήτε

πολλάκις δοκεῖ τὸ φυλαξῖαι ταχεῖσθαι, τα
κτίσασθαι καὶ λεπτωτερού εἶναι. Si addas mai-
orem, erit absolutus syllogismus, et ratio conse-
quentie perspici poterit.

Fatui bona parta non norunt retinere.

Secunda fortuna infatuat animos.

Igitur secunda fortuna efficit, ne partabona
retinere sciamus.

*Apud diuum Hieronymum αμαθία μεν θέσει
τος, λογισμός δε ὅκνοι φέγει, Ergo indocti
et imperiti concionatores sunt audacieores, Doctri
et peritii sunt timidiores.*

*E pudi juris consultum totidem uerbis est enty-
mem. Multis personis grassantibus exemplo opus
est. Ergo aliquando maleficiorum supplicia exacer-
bari conuenit.*

Cicero scribit Rethores enthymemata proprie
alpellisse, argumenta ex contrario ducta, ut apud
Nulla silus bella.

Nulla salus bello,

(Virg.

Igitur pacem te poscimus omnes.

Sed apud Dialecticos nomen entymematis latius patet, et omnibus imperfectis syllogismis tribuitur. Et tamen illud uerum est, argumentatione que ex pugnantibus constat, maxime quadrare ad formam entymematis. Et maxime propria esse entymemata, que ex contrarijs consiciuntur, communis.

I 2 sensus

sensus indicat. Hoc mouit opinor quosdam ueteres, ut his tribuerint enthymematis appellationem. Tamen lia sunt:

Deus promittit nouum Testamentum,
Igitur Deus significat se uetus abrogatum esse.

Consequētia per se manifesta est, quia non possunt pugnantia simul existere.

Christi regnum est aeternum,
Ergo Christi regnum non est ciuile regnum seu externa administratio, que aliquando desituta est.

Christus est sacerdos secundū ordinem Melchis dec.,
(ron.)

Ergo non est sacerdos secundū ordinē Ahaz
Christus sacerdotium est aeternum,

Ergo Christi sacerdotium non requirit ritus Leuiticos, aut humanas traditiones ad exemplum Leuiticorum rituum factas. Nam ritus aliquando desituri sunt.

Prophetæ uaticinantur, fore ut Christus occidatur à Iudeis.

Ergo regnum Christi non erat futurum corporale regnum, in quo ciuiliter dominaretur Christus, et Iudeos ex seruitute Romana liberaret, sicut Iudei somniant Messiam triumphaturū esse. Quo modo

modo enim ciuiliter dominaretur inter illos, à quibus occiditur? aut liberaret ciuiliter hos, à quibus ipse interficitur.

Prætiosa est mors sanctorum,
Ergo animæ non intereunt.

Infinita exempla recitari possunt, sed ego h.e.c proposui, ut similia tum in lectione bonorum scriptorum obseruent studiosi, tum excogitent ipsi ad horum imitationem, quoties aliqua de re disputandum aut scribendum est.

Est et quædā forma enthymematis, qua à diuisis ad coniuncta proceditur, aut econtra, ut Aristoteles est Philosophus et est eruditus. Ergo est eruditus Philosophus. Sed in his uidetur est, ut natura patiatur illamēbra cōiungi, ut hoc est uiciosum enthymema, Canis est tuus, et est pater, Ergo canis est tuus pater. Et hoc loco ambigua uox est, tuus.

Est et forma ab est tertio adiecto, ad est secundum adiectum, sic enim loquuntur, ut paries est albus, Igitur paries est. H.e.c forma ualeat, cum accidens affirmatur adesse subiecto. Nam posito accidente seu forma aliqua existere substantiam necesse est. Sed in propositionibus necessarijs, ut homo est animal, est, dialectice accipitur, nec significat re ipsa existere. Itaq; etiā, cum non existit homo, tamen propositio illa vera est. Nam definitionū substanti

aliun partes semper intelligimus cum definito co-
hærere. Sicut & Plato docuit, Id est perpetuas ef-
fe, hoc est, substantiales definitiones unius cuiusq[ue] re
immutabiles esse.

DE INDUCTIONE.

Inductio est, cum ex multis singularibus collis-
gitur unauniuersalis propositio. Est autem & hac
forma à natura profecta. Prima enim via & ratio
descendi est, singularia cognoscere: Versatur enim
experiencia circa singularia. Deinde ex multis se-
milibus singularibus colligit mens unam uniuersa-
lem propositionem. Quia enim sepe animaduerte-
runt homines se uno calefieri, tandem constituerat
de tota specie, quod unum calefaciat. Magnus q[uod]
est huius formae, præsertim cum multa exempla,
multas similitudines congerimus.

Est autem hæc forma.

Dionysius Tyrannus dedit poenas sue crudelitatis
Dedit item poenas Phalaris.

Dedit & Nero. Nec dissimilia exemplare repe-
riuntur, Ergo,

Omnium Tyrannorum exitus sunt tristes, ac tragi-
cæ. Vinum Rhenanum calefacit,

Vinum Creticum calefacit,

Item Rheticum calefacit. Nec constat ullum unius genus
dissimilium habere, Ergo omne unum calefacit.

In ante-

In antecedenti solet addi hec particula, Quod ex
empla dissimilia non reperiuntur. Neque enim potest
uniuersalis propositio effici ex singularibus, nisi co-
sentiāt inter se. Et hæc ratio est ex pedetissima coſu-
tandi ac dissoluendi inductiones, si opponatur dissimi-
la exemplū. Non enim satis firma est hæc induc̄tio.

Athanasius fuit coelebs,

Embrofius fuit coelebs,

Basilius fuit coelebs,

Igitur omnes Episcopi fuerunt coelibes.

Natu[re] opponuntur diuersa exempla, Spiridonis,
Hilarij, qui mariti fuerunt.

Vocatur autem induc̄tio inuersus syllogismus. Quia
sicut in syllogismo ab uniuersali inchoamus argu-
mentationē, ita in inductione incipimus à singulari-
bus, ut ex illis uniuersalē colligamus. Quare Aristoteles inquit, syllogismū quidē firmiore esse, sed induc̄
tionem magis obviā & in conspectu esse, cum iudi-
cium sensuum sequatur. Hæc prima via est argumen-
tandi, hæc genuit artes, que cum sint ab experienc-
ia ortæ, paulatim inductione ex singularibus uni-
uersalia collecta sunt. Experiencia uero ad sensus
pertinet, qui tantum singularia percipiunt.

DE EXEMPLO.

Exemplum inter formas argumentorum certa
I 4 de causa

de causa numerant, tametsi rursus inter locos res censetur. Neq; uero forma exemplorum valde ab similis est enthymemati. Nam similitudo in exemplis causa est consequentia. Ideo enim sequitur conclusio ex aliquo exemplo, quia similitudo cum illo copulat, ut:

Cham est maledictus, quia contumelia afficit patrem. Ergo dabit poenas etiam Absolon contempti patris.

Zoilus de saxo precipitatus est in Olympijs, quod Homerum calumniatus esset, Ergo et similes calumniatores digni sunt supplicio.

Porrò ut similitudo causa est consequentie, ita dissimilitudo consequens ab antecedente diuelli. Proinde, quoniam ut Iuris consulti dicunt, periculum est exemplis iudicare, proposito exemplo, statim similitudo querenda est. Quod si dissimilitudo deprehensa fuerit, exemplum repudiatum est. Atque hæc estratio diluendi exempla, si dissimilitudo ostendatur, ut non recte coherent ista,

Iehu impium regem occidit,

Ergo licet et nobis impijs principibus eripe re imperia. Dissimilitudo est enim, quod Iehu mandato Dei peculiari arma sumpsit aduersus regem suum. Nobis mandatum est, etiam impijs regibus obediere. Nec recte coherent:

Abraham

Abraham mactaturus erat filium,
Igitur licet et nobis mactare filios.

Dissimilitudo est enim, Nam Abraham peculiare mandatum erat datum. Nobis mandatum est, ne occidanus. Et contra mandatum Dei nihil suscipi debet, Nam et Abraham nouo mandato iussus est filium immolare. Nec recte coherent,

Christus expulit uiè templo ementes et uidentes, Igitur et nobis licet è templo impios sacerdotes uiè eiecere, qui sacra ad quæstum confrerunt.

Hic multa sunt dissimilia, Primum enim Christus fecit hoc non humana uiè, sed potentia spirituali, qua sensit se diuinitus moueri, quia unus vir non poterat humana uiè tantam turban septam presidio Romano ex templo eiecere: quia igitur diuina uiè eiecit, ideo peculiare opus Dei est, quod nos sine mandato Dei imitari neq; possumus, neq; debemus. Nam seditionis tale nihil tentat, tantum sui corporis periculo, sed multitudinem concitant, Id Christus non fecit.

Deinde dissimilitudo est, quia Christus erat dominus huius populi, et uerus Rex: licuit igitur, ut domino ac Regi, in suo regno punire improbos. Ac in primis oportet prudentes esse eos qui uersantur in sacris literis, ne dissimilia confundant, uel cuè exempla proponant, uel cum Allegorias trattant. Pertinent ad exemplum et aliæ quædā cognate species,

I S quas

quas infra recensebimus in locis argumentorum. Hic nihil aliud dici oportuit, nisi in exemplis proponendis non prorsus seruari formam syllogismorum, aut enthymematis, aut inductionis; sed suam quandam illis formam esse. Sed de materia uarietate in locis dici conuenit.

DE SORITE.

Sorites miror ab Aristotele non numerari inter formas argumentandi. Non enim prorsus syllogismi similis est, tametsi uideatur in eum mutari posse. Est autem acerius uocum, quae necessario coherent, ut specierum, generum, causarum et effectuum. Nec absimilis est κλίμακι seu gradationi, que inter Schema Rhetorica numeratur, nisi quod reperi oportet principium. Aristoteles tradidit hanc formam argumentandi in praedicamentis, ut:

Homo est animal,

Animal est uiuum corpus,

Uiuum corpus est substantia,

Ergo homo est substantia.

Potest et in causis et effectibus fieri Sorites, ut

Vexatio dat intellectum et cognitionem no-

stre miserie,

Cognitio nostræ miseriae necessaria est ad

poenitentiam,

poenitentia

Poenitentia necessaria est ad pietatem, Igitur, vexatio, seu afflictio necessaria est ad pietatem.

Eloquentia locuples esse nulla potest, sine cognitione locorum communium, virtutum et ceteris.

Loci communes virtutum et similes non possunt perfecte cognosci, nisi ex Philosophia, Igitur locuples eloquentia existere nulla potest, sine cognitione Philosophiae.

Est Sorites in Epistola ad Hebreos,

Christus est sacerdos secundum ordinem Melchisedec.

Melchisedec est maior Abrahamo,

Abraham est maior quam Leui,

Ergo Christus sacerdotium habebit maius et efficacius sacerdotio Leuitico.

Nam per sacerdotium Leuiticum non dabatur remissio peccatorum. At per Christum consequimur remissionem peccatorum et benedictionem, ut pater nos recipiat in gratiam, et custodiat ac regat in omni uita, et ultam aeternam nobis donet.

Non autem ualeat Sorites in his, que non necessario coherent, ut:

Ex malis moribus bona leges naturæ sunt,

Bona leges sunt dignæ laude,

Ergo mali mores sunt digni laude.

Nam mali

Nam mali mores non sunt proprie legum causa.
Est enim causa legum, bonorum virorum consilium, qui malos mores prohibere cupiunt, sicut moribus nullo modo curationis causa est, sed medicus.
Nobis pueris hoc exemplum proponebat:

Qui bene bibit, bene dormit,
Qui bene dormit, non peccat,
Qui non peccat, erit beatus,
Ergo qui bene bibit, erit beatus.
Nam dormire non est causa semper prohibens peccata. Et est ambiguum: Qui bene dormit, non peccat. Nam etiamsi tunc cum dormit, nullum designat flagitium, tamen alio tempore delin-

quere posse.

test.

⋮

Liber

LIBER

QVARTVS DE LOCIS AR-
GVMENTORVM.



Vanquam in tota Dialectica dedimus operam, ne immodice cresceret opus, ne moles ipsa praeceptorum abstereret in firma ingenia, tamē in locis argumentorum ob eam etiam causam breviores erimus, quia extat Rodolphi liber de inuentione Dialectica, adeò accurate copioseq; scriptus, ut longe uincat omnes in hoc genere tū Graecos, tum Latinos. Quare hic contrahemus locos in exiguum compendium, et tanquam in tabula spectandos proponemus, ut sine magno negocio percurrere oculis omnes & complecti animo adolescentes possint. Cum hanc quasi negotij summam xxxvij reges dō, ut Iurisconsultorum uerbo utar, cognoverint, magnopere conductet legere Agricolum, qui nullam reliquit partem huius rei in excessum. Interca,

Florifris

Floriferis, ut apes in saltibus omnia bibant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.
Aurea perpetua semper dignissima uita.
Libet enim uti ueteris Poetæ uerbis, et ea que maxime necessaria, maximeq; ad ius discentium idonea uidebantur, electa tradimus. Quantas autem utilitates habeat hec pars, non possum pro dignitate dicere. Necesse est enim uim horum præceptorū de locis esse maximam, cum non solum Dialectici, sed multo ante Rhetores iudicauerint eos diligenter inculcandos esse discentibus. Nam utriq; de locis præcepérunt. Et fuerunt nonnulli, qui pertinere eos proprie ad Rhetoricam senserunt, quia materiam offerunt dicendi. Hi enī Dialectice nihil relinquebant, nisi formas suprà traditas, quibus inuentam materiam includunt, cum de ea iudicatur ius. faciebantq; Dialecticam non inueniendi, sed iudicandi scientiam. Nos siue ad Rhetoricam proprie pertinent, siue communes utriq; arti sunt, existimamus non tantum in Dialecticis libellis recensendos esse, sed etiam in omnibus parietibus scribendos atq; sculpendos esse, ut semper ob oculos uersentur. Nulla enī de re dici, de nullo scripto restituuntur, dicari potest, nisi referat se animus ad hos locos, eosq; tanquam duces sequatur.

De Inven-

DE INVENTIONE.

Primum autem admonendi sunt adolescentes nihil de inuenienda causa aut questione in artibus praecipi. Nam hanc causā aut tempora offerunt, alias enim alijs de rebus deliberamus, nunc de religione, nunc de ciuilibus negocijs disputamus. Postquam autem causa seu questio proposita est, tum demum consulēdi sunt loci, et perueluendus in illis animus, ut inquit Cicero, ut eius rei quam uolumus explicare aut defendere, argumenta querantur. Et quam prima etas ferē in Epistolaribus causis exercetur, sumamus ex illis exempla. Si ita res feret, ut pater rogandus sit ut suppeditet studijs sumptum, iam habes epistolæ causam, nunc prīma cura est, quibus argumentis utendum sit. Hic ars monstrat uiam, et certos ostendit locos, qui materiam offerunt, et admonent te quid conueniat scribere.

Si sodalis aliquis ad literas adhortandus fuerit, oblata est Epistolæ causa. Deinde loci inspiciendi sunt, qui admonent qua de re scribendum sit. Ad eundem modum graues cause, ut deliberationes, aut controversiae ecclesiasticae, aut conciones ecclesiasticae instituendæ sunt. Causas ferē tempora offerunt. Si quis igitur de ponit, n'ia dicturus est, cum hanc causam nactus est, tum demum consulat locos, qui et materiam ostendent, et admonebunt, quo sint ordine

ordine disponenda res. Atq; hæc prima est in omni negocio deliberatio, de materia, seu quid dicturi simus, ex tamen in arte postremo loco traditur, quia formas, quibus includit res tanq; domicilia rerū, utile erat pueros prius habere cognitas, q; de rebus dicebatur, ut cū res essent ostensae in promptu formas haberent, ad quas accommodarentur. Primaigitur cura est, inueniendarum rerum, de qua hic precepta traduntur. Altera cura est rerum disponendarum ex iudicandi, quomodo inuicta cohærent atq; consentiant, ad quam superior pars Dialeticae pertinet. Scio autem mirari adolescentes, qui fiat, ut alij loci prescribantur in Rhetorica, alij in Dialetica, cum utraq; ars profiteatur se locos inueniendorum argumentorum tradere.

Nam in Rhetorica loci sunt alij generis demonstratiui, alij deliberatiui, alij generis iudicialis, quorum in Dialetica nulla fit mentio. Interim ex Dialeticis utuntur. Quare sciendum est, hos locos qui continentur in Dialetica, fontes esse Rhetoricorum locorum, ex cum res penè sit eadem, appellationes tantum uariare. Et quæ causa uarie nomenclatur, acuti homines facile perspicient locorum natura penitus cognita, ex nos de ea re suo loco dicemus. Non enim sine singulari consilio in Rhetorica locorum tituli usurpati sunt, honestum, facile, in natura,

natura ex similes. Et nos in causis suasorijs, ac indecidibus Rhetorum consuetudinē retinere uolumus.

Dialectica autem proprie continet artificium ex certam quandam docendi uiam. Proinde hæc cause maxime ad Dialeticam pertinent, de quibus dendus est auditor, quid res sit, quid non sit, quæ sint uera, quæ falsa. Eius rei uia traditur in Dialetica, à qua et si multum sumitur in probationib; Rhetorica, tamen affectuum permotio, hortari, dehortari, impellere, obiurgare ex similia, ad Rhetoriam magis pertinent.

DE QVÆSTIONIBVS.

In ipso uestibulo Dialetices admonuimus duos questiones esse genera. Quædā sunt simplices quæstiones, ut quid sit poenitentia. Quædā sunt cōiunctive, ut an uoluptas sit finis hominis. An omnis notitia humana sit incerta, sicut Academicī cōtenderūt. An liceat Christiano legibus gentiliū in ciuib; negotijs uti. Quomodo autem tractande sint simplificates questiones supra diximus, debent enim revocari ad quæstiones, quas supra recitaui, ut,

Quid sit poenitentia, Contritio ex Fides quæ consolatur in terroribus, cū credimus peccata propter Christum remitti. Quas habeat partes, contritionem seu paurores ex fidem.

Quae cause sint, uerbum Dei arguens peccatum, et rursus Euangelium annuncians remissionem peccatorum. Porro spiritus sanctus erigit corda, cum concipiunt fiduciam misericordie.

Qui affectus bona opera, ut Ioannes dicit: Fructus dignos poenitentie. Item uita eterna.

Quae pugnantia, simulatio poenitentiae, ficta tristitia, fiducia nostrae sanctitatis, nostris satisfactionibus abolere peccata.

Ad hunc modum duci per singulas questiones res proposita debet, quod cum sit, et nihil effugiet, uel docentes, uel discentes, quod ad institutum pertinet, et quia certis finibus circumscripta causa est, non temere uagabitur, ut Graeci dicunt, ἐν τῷ τετραγωνῷ. Habent penè similes locos coniunctæ questiones, que constant pluribus uerbis, ut licet ne bella gerere Christianis, quos sequi oportet in docendo. Nec perfecte putet se quispiam rem tenere illam, nisi aut per omnes huius artis locos, aut per præcipuos ierit, et inquisuerit ea que iubet unusquisque locus inquire. Quare semper in conseetu nobis hi loci debent esse, ut quoties aliquid inciderit, statim percurrat eos ordine animus, et querat, quid dici conueniat. Antonius in secundo libro de Oratore,

de Oratore, inquit, efficiendum esse usu atque exercitatione, ut quemadmodum scribentibus ultro se figuræ literarum offerunt, ita incurant in oculos loci, nec procul nec diu que steti, et statim ostendant quid maxime dici oporteat. Magnum igitur studium in istam Dialecticæ partem collocandum est, et quidam usu conformanda cognitio, ne cum incidet aliquares explicanda, primum in bibliopolis inditores inspicendi sint et querendū, qui de locis argumentorum libri scripti extent, quos cum emeris, tanen in eis tanquam hospes in ignota regione eras. Veteres Methodum uocat rationem recte atque ordinē docendi, iuxta præcepta Dialectices, ac sacerdotem ponent, ut in omnibus negotijs, controuersijs, arbitris, denus operam, ut Methodum teneamus, quia necesse sit animum uagari incertum, nisi hac ratione regatur. Ac in unoquoque genere semper facilius docent hi, qui callent Methodum, quam qui non callent, quantumvis abundant ingenij. Ut ille est Aristoteles discentibus moralem aut naturaliem Philosophiam, quin Plato, quia Plato non observauit iustum Methodum, tametsi is hoc nomine exegit Gorgian et similes, quod non satis periti sunt Dialectices. In medicina amatur ab omnibus Auicenna propter Methodum. In iure ciuili propter modum Methodus est liber institutionum. In sacris

literis Methodus est epistola Pauli ad Romanos. Nullares est enim, quæ penitus perfici posse, nisi animus noster Methodum sibi quandam informet, quam in eius rei cogitatione, inquisitione, et explanatione sequatur.

DE DEMONSTRATIONIBVS.

Vt supra propositiones partiti sumus, in necessariis et contingentes. Ita argumentationum due sunt uerisimiles seu probabiles tantum, et incerte, ut Alexander est ebriosus, Igitur non est strenuus. Has solet Aristoteles Dialeticas argumentationes uocare, ut quas non ipsa natura rerum gignit, sed ars et uaficies ingenij, quæ multa uerisimilia, quæ cunctæ rem defendendam suscepit, colligit, etiam cum desunt necessariae probationes. Aliæ argumentationes sunt necessariae ac certæ, ut,

Eclipsis lunæ fit cum terra ex diametro inter solem et lunam ponitur. At terra certo die interponitur ex diametro inter solem et lunam. Ergo illo die est Eclipsis lune. Vocantur autem demonstrationes, sumpto uocabulo à Geometris, qui suas probationes minime dubias, quæ rem oculis subiiciunt, certæ et effectibus nominant. Fiant demonstrationes, cu[m] ex definitione definitum, aut è contra, seu cu[m] ex propriis causis effectus, seu propria officia, seu ex effectibus

effectibus proprie cause colliguntur. Et ut quæque sententia est certissima, ita plurimas habet demonstrationes. Quare in Arithmetica et Geometria, quæ sunt maxime certæ, dominatur hoc genus probationum. Plurimum autem prodest, non tantum in disciplinis, sed in omnibus negotijs et controvenerijs obseruare, an demonstrationes aliqua in causa uersentur, de qua dicendum est. Nam animaduera demonstratione, nulla relinquitur dubitatio. Hac definitiones, causas et effectus complectitur. Porro scire, inquit, Aristoteles, est rem per causas cognoscere. Vna igitur haec uia est consequendæ perfectæ noticie quacunq[ue] de re. Et scientiam proprie appellant, cum demonstratione res est comperta. Et Methodi nomen, de quo supra diximus, potissimum ad hanc docendi uiam accommodari debet, cum demonstratione utimur, cum definitiones tradimus, cum causas querimus, cum ex causis effectus, et propria officia ducimus, cum ostendimus initia et fontes artium. Sunt enim principia quedam communes sententiæ nobiscum natae. Impresum enim Deus animis nostris quasdam noticias, quæ sunt uelut regule in iudicando de natura, et de moribus civilibus. Cuiusmodi sunt,

Totum est maius qualibet parte. Vniuersiusque naturæ est aliquis certus finis. Societas generis hu-

mani est conseruanda. Facinora quæ perturbant so-
cietatem humani generis, sunt prohibenda ac puni-
enda. Tales sententiae uel de natura, uel de moribus
uocantur à Philosophis aliquando nō iuxta eū volat,
quia sunt uniuersales sententiae diuinitus inscripte
omnī animis, quasq; natura omnes tenent. Aristote-
les principia appellat. Sunt enim initia & fontes
disciplinarum omnium, & causas continent omnī
artium. Nihil habet illa in arte certi, qui non per-
uidet, quomodo ex principijs manent precepta &
definitiones omnes, sed uagatur animus, & tanquam
sine certa sede errat, nec habet ubi consistat. Qui
uero refert se ad principia, is perficit artij causas, &
certam ac firmam noticiā habet, quam neq; fallere,
neq; euerti posse intelligit, ut enim sensus
naturaliter suum officium faciunt, oculis uidemus,
auribus audimus, ita mens naturaliter cernit princi-
pia. Donec oculi sunt incolumes, uident, ita donec
mens est illæsa, non potest non adsentiri principijs.
Omnia igitur quæ sunt certa in doctrinis, profici-
scuntur à principijs iusto ordine, hoc est, bona &
firma consequētia, ut Dialectici loquuntur, aut sunt
per experientiam comperta, ut scire quod ignis ca-
lefaciat. Neq; enim ferendi sunt Academicci, qui
contenderunt, nihil certo sciri.

Hæc de syllogismo demonstratiō & de prin-
cipijs

cipijs diximus, ut admoneremus studiosos, ut in o-
mnibus disciplinis ac negotijs diligenter animad-
uerat, quæ sunt certa quæ incerta. Turpe est enim
amplecti incerta pro certis, & sæpe in iudicandis
graibus rebus ualde officit, non habere delectū in
ter certa ac incerta. Possem exempla multa adfer-
re, ubi homines, ut uidentur, eruditi, de incertis stu-
tissime digladiantur, eaq; tanquam minime dubia
defendunt. Quoties igitur causam aliquam tractan-
dam suscipis, subeat animum hæc cura inquirendi,
quid habeat res certi, quas habeat demonstratiōes,
subducenda etiam ratio, ut principia inueniamus,
ut habeat animus ubi consistat, quod facile faciet
Dialectice peritus, & non rudis eius artis, ex qua
illa causa sumpta est. Nam principia ultro se offe-
runt, cum causas rerum quærimus. Maxima autem
in principijs uis est, ac uere de his dixit Aristoteles
in primo Ethicorum, alludens ad uulgare prouer-
biū τὸ λεπτὸν τὸ μικρὸν τὸ παχὺσ ἡ ἀρχὴ.
Nam aliás dici solet, Principium dimidium esse to-
tius. Hic uero dicit, tantum in illis cōmuni bus sentētijs,
que principia uocantur, uim esse, ut plus etiā quam
dimidium totius principiū uideri debeat.

Nec tantum in Arithmetica & Geometria de-
monstratiōes extant, sunt in omnibus artibus ali-
que, ut in Philosophia morali.

Vniuersiusq; naturæ propria actio, est finis eius naturæ.

Voluptas non est propria actio hominis: Est enim communis cum pecudibus.

Ergo uoluptas non est finis hominis.

Hanc demonstrationem Aristotelis, nullo modo potest Epicurus euertere. Ita sunt in iure ciuii.

Facinora que perturbant societatem generis humani, sunt prohibenda.

Furta, latrocinia, & similia perturbant societatem generis humani. (d.

Ergo, furta, latrocinia, et similia sunt prohibenda.

Maior est principium. Minor testem habet experientia, utraq; igitur certissima est. Et quod iuris-

consulti uocant ius naturæ aut gentium, proprien-

hil est, nisi principiorum quorundam de moribus, deci-

uili uita, noticia. Ac scientie nomen proprium per-

net ad demonstrationes. De alijs, que habent pro-

babiles rationes, que tamen aliquando fallere pos-

sunt, non dicimur habere scientiam, sed opinionem,

ut Clodius odit Milonem, Igitur fecit ei iniuriam. Vi-

nus facit ebrios, Igitur prorsus a uino abstinentia

est. Aqua erupit concussa terra, Igitur aqua est cau-

sa terræ motus. Et hæc uocant argumenta Dialecti-

et uel Rhetorica, ut supra dixi, quia res canoniz-

guit, sed ars seu calliditas eius qui disputat.

Hic autem

Hic autem monendi sunt iuuenes, quod parem
nim demonstrationibus habeat ea que sunt in sacris
literis. Nam in his etiam certa est ueritas, sentire igitur
debemus tam certas esse promissiones ac mindas
Dei, quæ certa sunt, que manibus palpamus, &
oculis cernimus, ut:

Deus ditabit eos, qui largiuntur pauperibus,
Abraham largitur pauperibus,

Igitur Deus ditabit Abraham.

Deus promittit bona pijs,

Pijs affliguntur & occiduntur,

Ergo restat uita, cum hinc decessimus, in qua
bene erit pijs.

DE LOCIS.

Cum in propositione duæ sint partes, subiectum
& prædicatum, alijs à subiecto trahuntur argumen-

ta, alijs à prædicato. Sed id non potest fieri, nisi ea

par, à qua ducuntur argumenta, prius sit excussa

& peruestigata iuxta questiones, quas suprà tradidi-

mus de simplicibus uocibus. Ex his igitur loci ar-

gumentorum nascuntur. Sunt itaq; præcipui loci,

& qui continent firmissimas probationes, definitio-

nes, cause, effectus. In omni controuerchia loci ma-

xime requirendi sunt. Alij præter hos, ut similia, si-

gnorum, nō perinde sunt firmi, nec plus in pugna

K 5 ualent,

ualent, quam in acie leues manipuli, & sepe ad illustrandam rem & amplificandam magis, quam ad fidem faciendam adhibentur. Proinde & olim in scholis loci interiores uocabantur, definitiones, cause, effectus, quia in re haerent. Exteriores appellabantur reliqui, quia aliunde accersuntur ab arte. Observandum est autem, ubi à subiectis, ubi à predicatis argumenta facilius duci possint. Nam ab utroq; recte sumuntur, sed tamen facilius ex eo sumpseris, quod cōtinet materiam uberiorē. Nam ex magno cumulo citius aliquid mutuantur. Quia uero & sepe personae ponuntur in propositionibus, & personis res certa tribuuntur: ideo facti sunt duplices loci. Alij dicuntur personarum, alijs rerum, ut in causa Archiae cum propositio sit. Archias est ciuis, primum Cicero à re argumentatur ex descriptionibus ciuiis, seu ex iure ciuitatis. Docet enim ex lege, quis sit habendus ciuis. Postea argumentatur à persona. Archias est Poëta. Ergo est dignus quem retineamus in ciuitate. De utroq; genere locorum copiose præcipū Agricola, ut alios pertineamus. Ego igitur, quemadmodum institui, recensabo eos breuiter, & ita proponam, ut statim percurrere eos oculis, & complecti animo adolescentes possint. Preceptores autem ita reddent eos illustriores, si multa exempla ostenderint.

Loci

LOCI PERSONARVM.

Loci personarum in ciuilibus controuersijs frequentiter uinimur, quare à Dialecticis prætermisi sunt. Neq; enim ducuntur inde necessarie probatores, que in demonstrationibus ualeant. Et cum Dialectica ad docendum maxime comparata sit, hi loci maxime tractati sunt, qui ad eam rem conducunt, reliquos uix extremis digitis attigerunt. Nos tamen præterire eos noluimus, sepe enim usui sunt in manis & graibus controuersijs.

P A T R I A.

Vt apud Ciceronem pro Flac. Testes sunt Graeci. Ergo sunt leues. Satis est enim exemplum indicasse, quia uis loci melius in exemplis perspicitur, quam in longa aliqua descriptione. Hoc loco & Paulus uetus est, Κρῆτες ἀπὸ Φούσατ, κακῶ, σηγαναῖς ἀπέγαι.

SEXVS.

Mulieres sunt, Igitur parcendum est.

PARENTES.

Vt apud Horatium, Fortes creantur fortibus et bonis. Est in equis, est in iuuencis patrum uirtus, nec imbellem feroce progenerant aquilæ columbam. Huc pertinet illud κακοῦ κορεῖσθαι καὶ πόνοι.

EDUCATIO.

Studia, disciplina, sodalitia, ut apud Ciceronem pro Murena. Cato factus uidetur ē Stoica disciplina asperior.

MORES.

De Clodio argumentatur Cicero, magis uerisimile est Clodium scelerate fecisse, quam Milonem, quia Clodius semper leges et omnia iura cōtempserit.

RES GESTAE.

Vt à Pompeij rebus gestis Cicero pro lege Manilia argumentatur, Pompeium idoneum esse cui decersi natur imperium belli Mithridatici.

VITAE GENVS.

Episcopus est, doceat igitur.

MAGISTRATUS.

Cesar gesit magistratum, Ergo non fuit occidens.

AETAS.

Celius est iuuenis, quare ei ignoscendum est.

MORS.

Papinianus Iuris consultus, ne defendaret partidum, interfici se permisit. Fuit igitur dignus qui ius doceret, cum tanta constantia, magnitudineque animi fuerit, ut ne quidem metu mortis adducens sit, ut contra iusticiam faceret. Plures fortasse personarum loci

rum loci numerari possunt. Sed alij aut in his comprehenduntur, aut certe à scriptoribus Rhetorice peti possunt.

RERUM LOCI DEFINITIO.

Sæpe admonui in omni subtili disputatione domini definitionem, quare cū aut docere aliqd, aut confirmare uolumus, statim initio definitio consueta est. Quomodo autē definitio inuestiganda sit, in prædicamentis aliqua ex parte ostendimus, queri enim genus oportet, quo deprehenso, differentiā facile erit ex accidentibus, aut ex affectibus colligere.

Ducuntur argumenta à definitione affirmatiue ac negatiue, ut: Bellum est vindicta, quam exercet Magistratus aduersus latrocinium, seu contra multos latrones. Ab hac definitione hoc modo ad definitum argumentamur. Magistratum vindicta licet est Christianis, Bellum est vindicta quam Magistratus exercet, Ergo licet bellum gerere Christianis. Hic quiddam de definito ex definitione probauit. Negatiue argumentamur hoc modo. Gentes nec timerunt Deum, nec crediderunt se aliqd à Deo beneficij accipere, sed senserunt se casu nasci ex occidente. Igitur gentes non habuerunt religionem. Definitione enim uerae religionis est, timere Deum, ex credere Deo iuxta scripturam ex promissiones.

Ducuntur

Ducuntur & à definito argumēta: Christus est perpetuus sacerdos, Igitur assidue placat nobis pā trem, ut assidue remittat peccata, et misereatur nō stri, ac seruat nos. Cum ad hunc modum exponitur nomen sacerdotis, quod sēpe tribuit Christo scrip̄tura, miram lucem affert definitio. Atq; ita nos in Paraphrasi Psal. Dixit Dominus, nomen sacerdotis interpretati sumus his uerbis:
Namq; sacerdotis summi quoq; munus obibit,
Iratumq; patrem nobis placabit, & unus
Orabit ueniam miseris mortalibus, atq;
Victima erit pro delictis gratissima nostris.

Additæ sunt locis regulæ à Boetio, quas uocant Maximas, hoc est, sententias quasdam certas, que admonent quis sit loci uniuscuiusq; usus. Eamq; ob causam diligenter mandari memorie debent. Cui de finitio conuenit, ei conuenit & definitum. Et econtra: Cui item admittitur definitio, ei admittitur & definitum, & econtra.

A GENERE:

Non modo à tota definitione ducuntur argumenta, sed etiam à partibus definitionis. Constat autem genus & differentian partes esse definitionis. Quare proximum locum sequuntur generis & differentiae loci. Porro genus uniuscuiusq; uocis facile invenietis, qui prædicamenta uonit.

A genere

A genere tantum negatiue argumentantur, nisi uniuersalis particula fuerit addita generi. Lapis nō est animal. Ergo lapis non est homo. Multum nō est unum, Igitur nec ruffum unum. De interitu animarum, de æternitate mundi, nullam certam cognitionem habet ratio humana, Ergo sententia Epicuri de interitu animarum, aut Aristotelis de æternitate mundi, non sunt philosophicae, genus enim philosophie est certa cognitione. Maxima est unica. Cui adiungitur genus, ei admittitur & species.

A superiori uniuersali ad inferius. Et affirmatiue & negatiue à superiori uniuersali ad inferius argumentantur. Nam ex uniuersalibus, ut sēpe dixi, rite sequuntur particularia: Omnia animantia spirant, Ergo pisces spirant. Idem seruat in aduerbijs locoru ac temporum. Deus est ubiq;, Ergo hic etiā adest. Nunquam fuit modestus Clodius, Ergo neq; in hoc itinere fuit modestus. Omnibus legitimis ordinationibus magistratum debent parere Christiani, Ergo etiam iurare debent iussi à magistratu.

A SPECIE.

A specie ad genus tantum affirmative argumentantur, ut homo est, Igitur animal est. Euangeliū approbat iudicia, Ergo approbat quandam uindictam. Maxima, cui tribuitur species, eidem tribuitur & genus.

A Diffe

A DIFFERENTIA ET
proprio.

Argumentatur affirmative et negative, Nam differentiae, ut supra docuimus, cōstituunt speciem. Itaq; propria differentia semper cum specie conuertitur, hoc est, non latius patet quam species, nec est angustior quam species. Atq; hæc est huius loci Maxima, ut: Rationale est, Ergo homo est. Episcopi nostri temporis gerunt gladium, Ergo sunt uere ciuiles Magistratus. Nam gerere gladium est differentia, ciuilem Magistratum constitutus. Et à proprio officio plurima ducuntur in omnibus causis argumenta. Dialectici uulgo propriam passionem uocant, grecè loquentes, sed hic uidendum est, ne proprijs nomine abutamur. Neq; enim recte uocantur propria illa, quæ etiam si alicui multum competit, tamen aut non semper competit, aut cum alijs cōmunijs sunt, ac iure irrisit Diogenes Platonom, qui cum definiret hominem animal esse bipes, produxit gallinam Diogenes, uociferans Platonicum hominem esse. Hec sunt recte à proprio officio ducta: Christus creatus uificat, sanctificat, resuscitat mortuos. Igitur Christus est uere et natura Deus. Antecedens sepe ponitur in scriptura. Omnia per ipsum facta sunt. Item omnia in eo cōsistunt. Sunt autem propria Dei opera, creare, uiuificare, resuscitare mortuos, & similia.

fimilia. Ut scriptura ait, Gentes inuocatūr as esse Christum, Ergo Christus est uere et natura Deus. Nam inuocari, ad Deum proprie pertinet.

AB ETYMOLOGIA.

Supra dixi Etymologiam definitionem, quam uocant, nominis esse, parit igitur et ipsa sepe arguments in magnis et graibus controuersijs, sicut locus definitionis, de quo paulo ante dixi. Nam sepe postulant cause, ut cōphases uocum urgeantur, ut c. in ratiocinor, magistratu approbari à Paulo, qui uocat magistratum ordinationem diuinam. At peccatum non est ordinatum à Deo, sed contra ordinationem Dei à diabolo exortum est. Christus uocat magistratus εὐεργέτας, Ergo non uituperat eos. Nam si magistratus latrocinium esset, non esset beneficium. Scriptura nominat quandam iusticiam carnis, Igitur re uera est quædam iusticia carnis, quam per se efficit nostra natura. Est quædam prudentialia carnis, Igitur quidam delectus et libertas est uoluntatis humanæ. Huc pertinent et metaphore, et similes figuræ, ut Christus uocatur agnus, significatum est igitur Christum fore uictimam.

A CONIVGATIS.

Ita uocant, cum casus uocis alicuius mutatus, gemitus

L. gemitus

gnit argumentum, ut, Iusticia est bona, Ergo, Iustitia est homo. Iusticia est severa vindicare delicta, Iuste igitur fecit Alexander imperator, quod sumo suscepit eum qui sumos uendiderat. Christus de coniugio loquens, inquit, quos Deus coniunxit, Ergo coniugium est diuina coniunctio, nec sit casu, aut humana tantum consilio, sed Deo autore.

DE TOTO ET PARTIBVS.

Superiores loci omnes nascuntur ex formis definitionis, et ad eam omnes referri debent. Locus de toto ac partibus ex diuisione oritur. Supra autem in officijs Dialectices secundo loco diuisionem possumus. Ita uides rationem inueniendi argumenta, apte ad illa que supra tradita sunt, uelut ad fontes referri posse.

Porrò totum habet partes quasdam sine quibus existere potest, ut homo existere potest amissi plenis. Ab his non ducuntur firma argumenta. Aliæ partes sunt, sine quibus existere totum non potest, ut homo non potest existere sine capite. Et harum partium aliæ uocantur substantiales, ut, corpus et anima hominis. Aliæ uocantur integrales, quia membra principalia recte et perspicue nominare poterimus, ut in homine caput, pedes, brachia, pedes. Ab his ducentur argumenta, Maxima huius loci est.

Posito

Posito toto, necesse est ponи partes, sine quibus existere totum non potest. Ut Monachi de poenitentia contritionem docuerunt, fidem non docuerunt. Eragnon recete tradiderunt poenitentiam. Sunt enim due partes poenitentie, contritio et fides, que consequitur remissionem peccatorum, et consolatur perterrefatas mentes, cum credit propter Christum peccata condonari. Item Christianis licet uti prouocazione. Nam Paulus prouocauit ad Cesarem, Ergo licet Christianis litigare et postulare, ut a iudicibus aduersus iniuriam defendantur. Nam prouocatio pars est actionis in foro. Licet exercere iudicium, Igitur licet deferre iusurandum. Nam Iusurandum pars est forensum ordinatum.

Aliquando à partium enumeratione argumentatur, ibi cauendum est, ne qua pars pretermittatur, ut si quis ita ratiocinetur. Suspendere fures non est iure naturali, neque diuino, neque scriptis imperatorum legibus mandatum. Ergo non est iustum. Argumentum dictum est ab insufficienti partium enumeratione. Nam omessa est Iuris species Confuetudo, que etiam legis uim habet, si tamen sit consentanea rationi.

DE LOCIS CAVSARVM,
et effectuum.

Non patitur instituta breuitas operis, ut longius
I 2 encipiatur

encomium huic loco addam, cum quidem id utilitas eius merebatur, et erant adhortandi studiosi, ut in omni re proposita diligenter querant causas. Idem cum supra aliquoties admonuerim, fortasse uidetur ineptus toties eandem cantilenam repetens. Verum me non poenitet huius assiduitatis. Scio enim quantum huius loci nis sit, quantum conducat in unaquaque re omnes causas pertractatas habere. Et pauciora assuefacti sunt, ut cum aliquares oblate est, causas diligenter inquirant. At ea cura in primis digna est homine docto. Nam ut supra dixi, tunc deum scire aliquid dicimus, cum causas perspeximus. Vocant autem à priori argumentationem cum ex causa col ligimus effectus, à posteriori cum ex effectibus causas querimus.

Est autem causa, qua posita sequitur effectus, et non positana non potest existere effectus. Genera causarum quatuor sunt, Efficiens, materia, forma, finis,

Sed priusquam tradamus argumentorum regulas, admonendus est lector, quam uarie usurpetur cause nomen. Quædam dicuntur cause per se, quædam dicuntur cause per accidens, ut casus, quemadmodum febris dicitur afferre temperantiam, tam et si non sit eius propria causa. Porro à causa per accidens non satis firmum argumentum ducitur, sed conjectura

conjectura inde sumitur, sicut à loco signorū, quene infra recitabimus.

DE EFFICIENTIBVS.

Efficiens est à quo primo fit motus. Nonnunquā unius rei multa sunt efficientia, sed ordine quodam coniuncta, ut Deus, pater, mater, procreant hominem. Hic uidendum est, in argumentando, ne à causam remotiore ducatur argumentum omnibus propriis. Item duplia sunt Efficientia, quedam sunt principalia, ut faber, quedam sunt instrumenta, sicut malleus fabri. Præterea efficiētum alia agunt natura, ut ignis naturaliter calefacit, alia agunt voluntate, ut Architectus cum uult edificat. Naturales cause non suspendunt actionem, cum sunt ad mortem materie. Ignis admotus materie, inflamat eam, Voluntariae possunt cessare ab agendo, ut etiam si potuit Deus creare mundum ab eterno, non condidit tamen. Pictor tametsi materiam habeat, tamen cessare potest. Variae maxime hinc sumuntur. Cum cause sufficientes agunt effectum fieri necesse est. Et econtra, Effectu posito, necesse est causas adesse aut affuisse. Non posito effectu, non est necesse causam adesse, ut animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt. Ergo animalis homo non regitur spiritu sancto. Nam percipere ea quæ Dei sunt, hoc est, ti-

mere Deum, credere Deo, sunt effectus spiritus sanctorum. Dignitas etiam effectuum ex causa sumitur. Deus ordinavit magistratus, igitur magistratus sunt coelestes.

EX MATERIA.

Materia est, ex qua fit aliquid. Et hic meminimus studiosi, non competere materiam ex quo aliquid fit, accidentibus, sed substantiis. Abutimur non in mente, cum subiecta accidentium, materiam vocamus, quia in illis existant. Dicuntur enim materia, in qua recte igitur argumentantur. Non posita materia, nec effectus ponitur, & econtra. Angeli non habent corpora, Ergo non sunt ex elementis conditi. Lapis non habet mentem, Ergo non iudicat. Nam iudicium non potest existere nisi in mente. Diligenter etiam obseruandum est, que propriæ corpori, que proprieitati accidentant.

EX FORMA.

Forma est, que dat esse rei. Est enim perfectio rei, que uestit, ut ita dicam, materiam. Paries est albus, igitur paries habet albedinem. Accidentia ipsius formae sunt. Nec partumur accidentis in duas res ad eum modum, ut substantias in materiam ex qua aliquid existit, ut elementa, & formam que est ab separatio rei, ut uitium, vel esse hominem.

Exclusi

EX CAVSA FINALI.

Plurima ducuntur argumenta ab omnibus finibus. Et unius rei multi fines sunt, alij principales, alij minus principales. Hæc causa uniuscuiusque rei officium seu usum ostendit, propter ea diligenter est consideranda. Et sumuntur hinc loci Rhetorici, honestus est utile. Honestus est enim, ubi ipsa actio finis est, seu quod propter se expicitur, ut Iusticia est honesta, Ergo est colenda. Utile est cuius usus finis est, seu quod usus causa expicitur. Injustitia prodest ad tranquillitatem vitae, Ergo est expedita. Argumenta à causa finali in suorum ualent. Nam causa finali posta, non necessario sequitur effectus, sed ipsa impellit efficientem. Hæc cum agit, sequitur effectus.

Rhetores addidit loco causarum aliud quendam locum, Antecedentium et consequentium. Et meminit eius Aristoteles, ac mihi nullo modo pretermissus uidetur. Vocant autem antecedentia, cum natura aliquid præcedit, tamen si non sit causa eius quod sequitur, ut in motu locali prius conficitur statim proprius, quam remotum. Ac diligenter est considerandum, ubi non possint existere posteriora sine præcedentibus, ut curatio sequitur morbum, consolatio terrores. In his ualeat argumentum à consequentibus duclum ad antecedentia. Sunt enim alias tanquam effectus antecedentium, alias tanquam habitus

L 4 priuationi

priuationi succedentes. Sic argumētamur, Christus promittit consolationem, Ergo necesse est perterre factos esse illos, quos erigit et consolabitur Christus. Nonnunq; ab antecedētibus ad consequētia ducuntur argumenta, sed hoc non sit, nisi cum necessario coherent membra, qualia sunt quæ ex definitionibus sumuntur, aut ex causis quæ non cessant, ut Christus est abscessus de terra uiuentū, Ergo Christus est mortuus. Item Christus est erexit ex angustia ac iudicio, Ergo uiuit et resuscitatus est. Tales consequētiae in sacris literis diligenter sunt obseruandæ, sed adhibenda est prudēcia, ne conūstantur membra, quæ non necessario coherent. Ex loco causarum nesciunt illa etiā quæ trahuntur ab ordine causarū et effectū, sit igitur maxima. Causæ naturae priores sunt effectibus. Quare posteriora ad quo effectū non debent dici causæ efficiētes, put materia, aut forma. Finis etiā tamē si sequitur actionem, tamen in deliberatione præcedit actionem. Paulus sumpfit argumentū ex ordine causarū et effectū hoc modo. Abraham ante circuncisionem iustificatus est, Igitur circuncisio non iustificat.

Vna causa naturalis non habet in eodem subiecto contrarios effectus, ut ignis calefacit, Ergo non frigescit. Lex iram efficit, Ergo non efficit, ut cor dasint tranquilla.

Item una res non habet diuersa efficientia, quo=rum singula sufficiant, ut: Si ex operibus est gratia, Christus est frustra mortuus. Ac sc̄rē causæ contraire habent contrarios effectus.

EX SIMILITUDINE.

Quedam sunt paria, ut si furtum est capitale, mendacium etiam erit capitale. Suppeditat argumenta etiam imparium collatio, hoc modo.

Ex Maiore negative argumētamur iuxta regu=lam. Si id quod magis inesse uidetur non inest, neq; illud inerit, quod minus inesse uidetur, ut si saxa non possunt perpetuo durare, multo minus chartæ posse sunt perpetuo durare.

Ex Minore affirmative tantum argumentamur iuxta regulam. Si id inest quod minus inesse uidetur, quanto magis inerit illud quod magis inesse uidetur, ut si Turcam reprimere solus Hungarie Rex potuit, multo magis poterunt reprimere Turcim omnium Christianorum coniuncti exercitus. Si furtum est capitale, multo magis adulterium erit capitulo. Licet bouem seruare sabbato, Ergo et hominem. Ceterum similia plus ad illustranda negotia, quam ad probandum conducunt. Insimiliter enim argu=menta inde ducuntur, quia nulla tanta est similitudo, quæ per omnia conueniat. Quare vulgo Dia=le=

Elicis in ore est, hæc sententia: Omnis similitudo claudit. Sæpe tamen, quia delectat collatio tanquam quedam rei pictura incurrens in oculos, magnam suum habet.

Nisi longum esset, hic etiam hortarer ad excerpanda similia ex bonis autoribus, quia miram quan dam lucem causis afferunt, ut cum Aristoteles disputat receptas leges, etiam si quid habent incommodi, tamen retinendas esse, hac utitur similitudine: sicut qui sinistra melius quam dextra ut consueverunt, non sunt cogendi, ut dextra magis utantur. Ita si quem morem recepit ciuitas paulum discedentem à ratione, tamen hunc propter tranquillitatem mutare non debet.

EX OPPONITIS SEV repugnantibus.

Repugnancia non possunt simul in eodem existere, propterea cum unum tribuitur alicui, alterum adim neesse est. Multum autem hoc loco utimur, qui omnes cause collatione contrarij sunt il lustriores. Tunc enim pacis bona melius intelligimus, cum belli incommoda expenduntur. Sobrietatis bona melius intelliguntur, cum colligimus quantum mali pariat ebrietas. Sunt autem species oppositorum quatuor.

Contraria

Contraria, sunt qualitates, quæ non possunt simul in eodem existere, ut frigus & calor, Si corpus calid, non igitur friget. : - :

Relativa opposita, ut pater filius, dominus seruus, sursum deorsum, hic illic. Non cadunt hæc in idem subiectum respectu eiusdem, ut Augustus est filius Octauij, Ergo non est pater Octauij. Sic Christus argumentatur, non licere Apostolis dominari. Reges gentium dominantur, Ergo uobis non licet dominari. Duas enim personas constituit, reges et subditos, et discernit officia eorum. Nam cum ait, uos, intelligit omnes subditos. His enim opposuit reges. Ceterū supra admonuimus uno relativoru posito, ponit & alterū, sed in diuersis subiectis, ut pater est, Ergo filius est. Promissio est, Ergo fides requiriatur. Sic argumentatur Paulus ad Romanos.

*Omnis promissio fide accipitur,
Iustitia est promissa,
Ergo fide accipitur.*

Priuatiue opposita, Cæcus est, Igitur non uidet. Habitus uocantur res, quæ adsunt, priuationes non significat rem aliquam, sed absentiam rei, quæ adesse potest, ut, tenebrae, significant abesse lumen, Apud Zachariam: Rex tuus uenit pauper, Ergo Christus non uenit cum regio adparatu, nec erit Christi regnum, externa et civilis dominatio.

Contradi

Contradic^{tio} tantum in propositionibus est, eamq^z uocat Cicero summan repugnantiam. Si hec uera est, Milo est absolutus, illam necesse est falsam esse, Milo non est absolutus. Nam contradictiones nunquam simul aut uerae aut false esse possunt.

DE DISPARATIS.

Inter pugnantia numerant etiam diuersas species. Non enim possunt confundi species, ut homo, asinus. Plato est homo, Igitur non est asinus.

AB EXEMPLIS.

Locus exemplorum non est obscurus. Petrus Ananiam mentientem occidit, Igitur Deus haud dubie mendacia puniet. Huc pertinent et apologi et pro uerbia, ut scriptum est, Καὶ τοῦτο γένεται μηδεὶς θεοφράστης, Ergo et nobis Christianus turpissimum est, cum eadem sacra mensa ut amur, et corpos Christi simul uescamur, non prestatemutuum inter nos dilectionem.

AB AUTORITATE.

Tantum affirmatiue dicitur argumentū, ut Cicero scripsit nullum magnum uirum sine adflatu diuino exitisse, Igitur uerum est. Est enim maxima, Peritis credendū est. Nō utimur hoc loco negative,
neq^z

neq^z enim ualeat argumentum, Plinius non meminit huius herbae, Nullas igitur uires habet. Huc pertinent iudiciales loci à testibus, legibus, institutis majorum, consuetudine. Dominatur autoritas in Ecclesiasticis disputationibus, quia ibi omnia pendent à testimonio scripturae. Nonnunquam igitur etiam negotiis eo in disputationibus Theologicis utinur. Nullil enim affirmari de Deo debet sine autoritate scripture.

Huc et 28*acti* pertinent, ut Albertus Durerus pictor aiebat, ingeniosos homines sine doctrina similes esse speculis impolitis, Ergo ingeniorum sine doctrina nullus usus idoneus est.

A SIGNIS.

Postremus locus signorum est. Sunt autem signa nota que sensu iudicantur. Sunt autem aliás membrariorum aut circumstantie, aliás effectus. A membrorum figure argumentatur Erasmus: Homo nascitur inermis, nudus et c. Ergo non nascitur ad bellandum. Ab effectibus: Expauit, Ergo est sibi male conscientius.

Hic locus uulgo à Dialecticis appellatur à communiter accidentibus, ut comptus est, igitur amat. Et ad Rhetores magis quam ad Dialecticos pertinet, habet enim infirmas probationes. Huc circumstantie.

stantiae pertinent loci ac temporis, à quibus interdum probationes firmissimae trahuntur, ut Cicero absit cum interficeretur Cæsar, Ergo non interficiat Cæsarem. Item à tempore, Lex usq; ad Ioannem, Ergo nos non obligat. Sed haec circumstantiae ferè in superiores locos causarum ex pugnantium spargi possunt.

DE HYPOTHETICIS.

Hypothetica est, cum duas propositiones categoricas per coniunctionem coniunguntur. Species huius sunt, Conditionalis, ut si negociabitur iste, erit diues. Atq; hæc species proprie ac penè sola mercatur vocari Hypothetica.

Ex hac argumenta ducuntur iuxta has regulas. A positione antecedentis ad positionem consequentis valet consequentia, ut.

Si homo currit, animal currit,

Sed homo currit, Ergo animal currit.

Item à destructione consequentis ad destructionem antecedentis valet consequentia, ut.

Si homo currit, animal currit,

Sed nullum animal currit,

Ergo nullus homo currit.

Si propter legem, non propter Christum iustificamus, Christus frustra mortuus est.

Sed

Sed Christus non est frustra mortuus,
Ergo non sumus iusti propter legis impletionem.
Huiusmodi argumentationes vocant syllogismos Hypotheticos. Nec minorem uim habent quam suis praetraditi syllogismi. Facile autem ex superioribus locis ac regulis consequentie ratio estimari potest, ac uideri, quæ membra cohærent quæ non cohærent, quæ superiora, quæ inferiora, ubi ex causis effectus aut econtra ducantur argumenta.

Copulativa dicitur, ut Christus mortuus est propter peccata nostra, & Christus resurrexit propter iustificationem nostram. In hac requiritur, ut utraq; pars sit uera. Est autem bona consequentia à toto copulativa ad partem.

Disjunctiva dicitur, in qua est particula disjunctiva, ut Socrates currit, uel Plato disputat. Aut uoluptas, aut uirtus est finis hominis. In hac satis est alteram partem esse ueram. Valet autem consequentia à tota disjunctiva ad alteram partem, cum destructione alterius, ut,

Aut uoluptas est finis hominis proprius, aut uirtus est finis,

Sed uoluptas non est finis hominis proprius, Igitur uirtus est finis hominis proprius.

ALIVD.

Aut retinende sunt aliquæ Ecclesiastice constitutiones

tutiones, aut ferenda est cōfusio ordinis in omnibus morib⁹ Ecclesie, Sed non est ferenda confusio ordinis, Ergo aliquæ Ecclesie constitutiones necessariae sunt.

DE RATIONE DISSOLVEN^T
di uicioſa argumenta.

Vulgo aiunt contrariorum eandem disciplinā esse: Sunt enim ferē de contrarijs contraria præcepta, ut uno genere cognito, facile sit iudicare de altero. Quare si quis percepit rationem recte comprehendendī argumenta, non habet opus nouis præceptis ad uicioſa dissoluenda. Tantum inspiciat regulas sive prætraditas, et ad eas exigit uicioſas connexiones. Vbi cum uiderit à quibus regulis discrepant, uicium facile deprehendet. Quare nos in hac parte non erimus longiores, tantum paucis ostendemus adolescentibus huius rei uiam quandam. Porro danda est opera, ut magnam et perpetuam exercitationem adolescentes adhibeant. Nulla enim pars Diialectics magis acutus studiosos, modo ut uaria et multiplex exercitatio accedat. Ac propemodum uidetur huius utilitatis causa præcipue ars excogitata esse, ut uia haberemus apte et dilucide explicandi ac dissoluendi uicioſa argumenta, ac monstrandi in qua parte sit uicum. Hæc enim maxime requirunt artem, certam omnem

teria omnia in disputando sunt faciliora. Hoc neque habebitis, neque inexcusat hominis est, ostendere ubi sit uitium, et apte reuellere, et quasi mederi uiciae parti.

Ad hunc usum Aristoteles, fallacias, quas uocant, tradidit, que nihil aliud sunt, nisi uiae quædam iudicandi falsa argumenta. Et in Rhetoricis ad Herennium penè ad eundem modum præscriptæ sunt regulae de uitiosis rationibus iudicandis, quas nemo intelligere potest sine dialectica. Ac ne quidem satis exacte ac dilucide de hac re ibi præcipitur, Nos reuocabimus rem ad fontes. Sicut enim inueniendi ratio sumitur ex præcipuis dialectice locis atque capitibus, ita et soluendi ratio ad eadem capita reuocanda est. Ut autem facilius iustos solutiones modos animo complecti studiosi possint, subiiciam eos ordine distributos, ac deinde explicabo.

M RATIO

RATIO SOLVENDI DUPLEX EST.

I Aut consequentia est uitio sa, tunc reificita
argumentum in comprehensione consequentie.

II Aut nichil est in materia argumenti, seu
rebus, tunc solvitur argumentum.

- I Aut inficiatione seu negatione, atque ibi offenditum est, aut in diafinitione, aut in causis aut similibus locis uitium esse.
- II Aut diffinitione. Ambiguitas autem diffingui oportet. Ambiguitas autem dicitur ex genere sermōnis, tem dicitur oritur ex Grammatica. Alias ac indicatur ex Grammatica, ac indicatur ex ijs oritur ex rebus, ac indicatur ex ijs artibus, in quibus causa ueratur, quā ad rem tamē adhiberi dialecticā oportet ad diuidendā ac definiendā.
- III Aut solvitur per instantiam.

PRIMA

P H I L . M E L . 179

PRIMA REGVLA.

DE VITIO CONSEQUENTIAE.

In omni mala argumentatione, uitium aut est in forma, aut in materia argumenti. Forma est ipsa consequentia. Erit igitur hoc primum praeceptum, Semper initio consequentia inspici debet, an ad formas supra traditas quadret.

Nulla est autem magis compendiaria via solueri, quam cum uitio sa est consequentia, rei scire totum argumentum. Et asserta hanc ratio aliquam celeritatis atque ingenij commendationem, quia paruo negotio quasi aliquo strategemate magnum periculum discitat, & existimatur acutissimum esse, & requirere iussum ordinem membrorum, et uideare avenit.

EXEMPLVM.

Petrus ait, ecce duo gladij hic,

Petrus est pontifex,

Ergo pontifex habet utrumque gladium, & illus habet occupandi & transferendi regna mundi.

Neganda est consequentia, quia in conclusione adduntur multa, quae non sunt in propositionibus.

Non concordat psalterium cum cythara,
Paculus stat in angulo,
Igitur non licet sacerdotibus ducere uxores.

M a Quid

Quid hic coheret? nonne sunt prorsus quod dicitur scopae dissolutae? Diligenter igitur uidendum erit, an iusta sit syllogismi, aut aliarum formarum dispositio.

DE VICIIS MATERIAE.
Secunda Regula.

Cum in rebus peccatum est, aut inficiatione, aut distinctione, aut per instantiam soluuntur argumenta. Sed ut possit monstrare in qua parte sit uitium, et que sit uel inficiationis, uel distinctionis ratio, denique ut explicari res possit, eundem est ad locos inuentionis. Cum enim argumenta omnia ex locis nascuntur, non possunt iudicari, nisi referantur ad ipsos locos. Atque hæc est compendiaria et expeditaratio deprehendendi uitia argumentorum. Omnia erunt planissima, si consulamus fontes illos. Si enim in excogitando argumēto prodest consulere locos, non dubium est quin etiam profit inuenta cum iudicare volumus, ad eosdem locos referre, atque exigere uelut ad Lydiū lapidem. Valde igitur prodest ad lessentes in scholis assuefacere, ut in soluendo locos citent, ut caussas solutionis monstrarent. Sunt autem loci principii, ut supradictū est definitio, diuisio, causa, effectus, pugnantia et c. Scindū est autem falsa negari ac repudiari, ambigua vero distingui.

Ex falso

EX FALSA DEFINITIONE.

*Non decet fucus Philosophos,
Eloquentia, est fucus et accersitus cultus
sine necessitate, tantum uoluptatis cauſa,
Igitur eloquentia non decet Philosophos.*

Sic argumentatur Picus ad Hermolaum. Sed ne ganda est minor. Est enim falsa definitio eloquentiae. Nam elocutio non est fucus aut cultus præter necessitatem accersitus, sed est ipsa nativa et non monstruosa forma orationis, que cum sit quasi quedam pictura cogitationum animi, debet apte et dilucide efferre eas imagines, quas mente concepimus.

Porrò obscura et confusa oratio non recte explicitat cogitationes. Igitur recta et elegans oratio, est necessarius cultus. Ita tota illa eloquentiae uituperatio apud Picum fallit in definitione eloquentiae.

ALIVD.

*Petro datae sunt claves,
Claves significant potestem occupandi et gerendi imperia mundi.*

Igitur Pontifex habet ius regibus adimendi regna mundi.

Definitio claviū est uitiosa. Nam claves non significant ius occupandi imperia mundi, sed mandatię docēdi Euāgelijs, nec cōcedit magistratibus eripere sua imperia, aut leges ferre de ciuilibus negotijs.

partitione.

Distinctione utimur in ambiguous, sicut uulgo dicit solet: Omne multiplex distingui debet. Ambigua autem sunt duplia. Aliás ambiguitas tantum oritur ex figura orationis, seu phrasí. Hæc iudicatur ex Grammatica, scuratione loquendi, et hec explicatio, est quædā definitio nominis. In sacris literis plurimum est reperire huius generis exemplorum. Plena est enim oratio figurarum peregrinarum.

Origenes sic argumentabatur.

Non resurgent impij in iudicio,
Igitur impij non reuiniscet in nouissimo die,
ut perpetuo crucientur.

Responde. In antecedente nequaquam hoc uult Psalminus, quod Origenes intelligit. Est enim sententia. Impij non consistunt in iudicio, hoc est, cum iudicabit Deus impios, non poterunt consistere, sed sufficient, perterrescent et cetera, aut certe, Impij non diutenebunt honores, iudicia et imperia, sed uententur ex deicientur de honoribus suis.

Sed cum ambiguitas ex rebus oritur, non potest iudicari, nisi ex illis artibus, in quibus controuersie cuiusq; negotijs uersantur. Ibi adhibendi sunt loci dialectici, genus distribui in species debet, et uidetur de qua specie intelligatur id quod interdum generaliter

neraliter dictum est. Nam dicta de specie sunt corrieria, Ideo interpretantur et contrahunt generales sententias, sicut et Iuris consulti dicunt: In tanto iure generi per speciem derogatur, et illud positionum habetur quod ad speciem directum est.

E X E M P L V M.

Vindicta est prohibita in Euangelio,
Bellum est vindicta,
Igitur bellum est illicitum.

Maior est ambigua, ideo distingui debet. Cum enim dissimiles sint species vindictæ, uidendum est, an aliæ speciem excipiatur à prohibitione. Et quia cōstat in Euangelio approbari magistratus, necesse est vindictam publicam licitam esse. Ideo maiorem diccas ueram esse tantum de priuata vindicta, falsa est de vindicta publica, quam magistratus exercet. Bellum autem est vindicta legitima, quam exercet magistratus. Cum autem maior sit falsa generaliter intellecta, sequitur etiam falsa conclusio, quare repudianda est. Hoc exemplum proposui, in quo cerni potest, solutionem sumendi esse ex ipsa arte, in qua controuersia nascitur. Et tamen adhibenda est dialectica, querendum genus, ac distribuendum in species. Non enim potest apta solutio deprehendi, nisi loco, de quo est controuersia, revocato ad methodum, et perfecte cognito.

ALIA REGVLA.

In diuisionibus sepe peccatur ab insufficienti
partium enumeratione, ut hic.

Non licet furem suspendi iure Mosaico, nec iure
pueri Romano,

Igitur illicitum est.

Neganda est consequentia, quia in antecedente
non est sufficiens enumeratio partium. Quia plures
sunt iuris species, quam illæ, que ibi recensentur,
uidelicet leges nouæ Imperatorum. Item consuetu-
do est.

Vulgo ita dicitur, Qui bene distinguit, bene sol-
vit, ac bene docet. Itaq; oportet disputantem aliqua
dere, ualde instructum esse ab hac parte, uidere
ambiguæ membra, & arte distribuere. Nemo enim
recte explicabit quidquam, nisi ea re penitus cogni-
ta, & ad methodum reuocata. Cum autem metho-
dus informatur certæ definitiones constitutæ sunt,
& querendæ quasi metæ rerum per diuisionem.
Tantam autem uim habet diuisione ad explicandum,
& ad copiam rerum in aliqua causa inuenientiam,
ut Socrates apud Platonem dixerit, se si quem ui-
derit diuidendi peritum, non posse facere quin il-
lum affectetur, eiusq; uestigia cum Dei alicuius se-
guatur. Hæc enim sunt uerba Socratis: Εάν τι
νέοντος οὐκόσωμα δυνατογείς αὐτοῖς

τοῦλλα τεφυνότα δρᾶμ, τοῦτον διώκω
καλόπιθε μετ' ἵχνιον ὥστε θεοῖο.

EX NON SVFFICIENTE
causa.

Clodius odit Milonem, Igitur Clodius fecit
insidias.

Neganda est consequentia. Nam odium non sa-
tis est cause ad probandum, quod Clodius fecerit
insidias.

Adolescens pallet, Igitur est studiosus,

Neganda est consequentia, Nam pallor non
est tantum studij signum.

Philosophia non docet satis certa & firma de re
ligione, Igitur Philosophia est inutilis et reijsicida.

Neganda est consequentia. Nam ut maxime Phi-
losophia non discatur religionis causa, tamen sunt
alii cause, quare eam oporteat disci, certe natura
rerū cognoscere prodest ad uarios usus in hac cor-
porali uita. Vberrimus hic locus est, nam in pluri-
mis negotijs querimus causas, signa, effectus. Ideo
assuefacienda est mens, ut statim intueatur regularat
de his locis traditas, quod cum faciet, non erit diffi-
cilis explicatio.

FALLACIAE.
Ostendentes solutionū, quibus animaduersis,
M 5 notari

notari uitiosa membra possunt, ut cerni posse, in qua parte proprie sit uitium, & quæ sit origo uitij. Hæc ad explicationem mirifice conducunt. Aristoteles fallacias tradidit, hoc est, aliquot formas uitiorum, quæ occurrunt in argumentis, ut errata & agnoscere facilius & refellere possemus. Et sicut medici morbos describunt, ut agnoscere & curari possint, ita hic quædam forme uitiorum proponuntur, & uia diluendi traditur, ut cum occurrunt similia, apte explicemus. Omnia enim peccata in argumentis, aut ex genere sermonis oriuntur, aut ex rebus falsis aut male connexis. Ideo Aristoteles duo facit genera fallaciæ. Primum genus vocat fallaciæ in dictione, hoc est, ubi uitium oritur ex genere sermonis. Alterum vocat fallacias extra dictionem, hoc est, ubi ipsæ male coherent.

Primum genus fallaciæ nihil agit aliud nisi ut colligat multas formulas ambiguorum. Itaq; uno titulo ambiguæ complecti potes omnes fallacias primi generis. Diximus autem suprà, quomodo iudicanda sint ambiguæ. Hic tradit eadē precepta Aristoteles, monet aliâs ex vocabuli interpretatione iudicari, aliâs ex divisionibus & definitionibus.

A E Q V I V O C A T I O.

Prima in fallaciæ sic vocat, ubi uitium est in uita aliqua ambigua uoce, ut :

Liberi

Liberi non seruiunt,
Christiani sunt liberi,
Igitur Christiani non debent seruire.

Responde: Nihil coheret in syllogismo, quia libertas non significat idem in Maiore & Minore. In Minore significat remissionem peccatorum, non significat civiliter remissionem ciuilium onerum. Itaq; ex male coherentibus propositionibus sequitur falsa conclusio.

Omnes huc ἀκυρολογοῦσι, quæ sunt in singulis verbis referri debent. Tale est :

Quidquid non amisisti, habes,
Cornua non amisisti,
Ergo cornua habes.

Verbum ambiguum est amittere. In maiore priuilegiu intelligitur de his quæ affuerunt, In Minore est ἀκυρολογία de his quæ ne quidem affuerunt. Itaq; non coheret syllogismus, cum sint quatuor termini. Veteres huiusmodi ratiocinationes uocârunt Ceratinas.

Plurimum refert in qualibet causa, uim uocum, & genus sermonis recte intelligi. Sæpe enim ingeniisissimis hominibus offundit caliginem vox aut figura aliqua secus intellecta, sicut in disputationibus Theologicis facile ostendit potest. Ideo prudenter inquit Aristoteles: οὐ δύναμεν οὐδὲ πεπονθότες

ἄπειροι παραλογίσονται. Quare dandae opera, ut in causis propriis teneamus uerborum significaciones et pondera, ut genus sermonis bene intelliganus. Neq; uero quisquam de genere sermonis bene iudicare poterit, nisi recte institutus sit in his primis artibus, quae continent rationem dicendi, et mediocrem habeat usum dicendi.

AMPHIBOLIA.

Aristoteles uarias ambiguorum formas offendere uoluit, ideo discernit hunc gradum à superiore. Suprà enim admonuit interdum ambiguitatem ex unius uocabuli obscuritate oriri, Hic recenset ea ambigua, ubi tota constructio parit ambiguitatem, ut Aio te Aeacida Romanos uincere posse. Id enim bisariam exponi potest: Pyrrhus uincet Romanos, Aut Romani uincent Pyrrhum.

Ad hoc genus pertinent et figure, ut allegorie, quibus facile decipiuntur, cum non recte accommodantur. Sicut multi heretici decipiuntur allegorijs et figuris sacri sermonis male intellectis.

Porrò hoc genus ambiguorum ita explicatur, cum ex alijs locis, ubi sermo est proprius, sumuntur principalia capita rerum, ex quibus cetera iudicantur, et ad methodum reuocantur. Non in qualibet materia atque arte loci quidam principes

cipiles sunt, qui pleraque alia signant et gubernant. Saepè etiam occurunt *καταχρήσεις*, uidelicet de tortis locis à sua significatione in aliam, propemodum ut luserunt in Homeri et Virgilij centonibus. Interdum uenustæ sunt *καταχρήσεις*, qualis est Homerici uersificuli:

Aedibus in nostris quae prava aut recta geruntur. Hunc enim Socrates detorquebat ad curam cognoscendi nostros mores, reuocans à studijs minus necessarijs earum rerum, que non magnam haberent in uita utilitatem. Eleganter detorquetur ad infidilà societatem Tyrannorum et eruditorum òvra ἐστι Λέστος Καύδηστος ὁρμα πίστε. Abundant hoc genere Lucianus et Plutarchus. Ludunt hoc modo interdum et Theologi, idque faciunt immodece, quare quid deceat uidendum est, ne aliqua bella allusio obruat genuinum sensum, quod cum fit, fallit et ad hanc formam pertinens.

COMPOSITIO ET DIVISIO.

Ad hos locos pertinet, cum dissipata constructio ne, aut truncata sententia decipiatur, quod saepè accidit in omnibus disputationibus tum forcenibus tum Theologicis. Accusat enim Aeschinem Demosthenes, quod truncatas leges citauerit. Ideoque Iurisperi suli totam legem inspici iubent. Sic enim aiunt: Inciude

ciuile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua parvula eius proposita iudicare uel respondere. Sic cotumpunt scripturas Iudei, qui nusquam relincent continam aliquam sententiam, sed in singulis uersibus communisunt nouas sententias, minimeq; coherentes. Aristoteles elegans exemplum proponit, in quo cerni potest, quomodo fraudem struit compositione.
 Duo et tria sunt paria et imparia,
 Quinque sunt duo et tria,
 Igitur quinque sunt paria et imparia.

FIGVRA DICTIONIS.

Cum casus aliquis ambiguitatem parit, id quod in sermone quotidiano se penumero accidit. Sed si quis illustria exempla desiderat, interpretum errata colligat. Occurrent enim huius generis innumerabilia. Ioannis 8. legunt: Principium quod et loquit uobis. Ibi philosophatur Augustinus intempellue de principio, cum graece τὸν ἀγχόνην aduerbi significationem habeat, primū, aut prorsus, simpliciter. Fecit igitur Augustinum figurā dictionis, hoc est, casus graecae uocis ac phrasis. De aquis surfractis, quām uarie disputatione Theologi: cum nihil intellegat aliud scriptura, quām nubes in aere. Decidit autē eos figurā sermonis, ut iudicare facile possint etiam hi, qui leviter degustarunt Ebraicas literas.

Huius

Huius generis erratum est, quod uerterunt panem ē trōto y supersubstantiale, cū longe aliud uox ipsa uere significet. Recte enim uerterunt alij, quo fiduciam.

ACCENTVS.

Sæpe fallit accentus non tantum in una uoce, sed etiam in integra sententia seu membro. Nam plexisq; figuris sua quedam pronunciatio, ac suis quāsi uultus conuenit. Ironia aliter efforuntur, quām simplex enarratio. Aliter representanda diolorum personæ, cum aliiquid μιμητικῶς dicitur, quām nostra persona. Ironia est in historia Euangelica grauissimam et acerbissimam querelan significans: Dormite nunc et quiescite. Deplorat enim, quod non afficerentur magnitudine periculi tali tempore, ac deplorat nō illius tantum temporis, sed postremē etatis in Ecclesia Episcoporum seu imbecillitatem, seu ueternum. Ironia est significans contemnū: Quid est ueritas? quasi dicat despere Christū, qui aut uidere se uera pre ceteris putet, cum omnia sint errorū plena, aut qui magnopere referre existimat, quid sentiant homines de Deo, aut qui speret se homines reuocaturū esse ad studium ueritatis, et ad uera officia, cum mores omnium pleni sint fisci, dolii, atq; infidiarum, cumq; haec pessimæ artes præmia maxima

maxima habeant. In Colossem. hec $\mu\epsilon\mu\pi\tau\iota\kappa\omega\sigma$ di-
cuntur: Non attingas, non gustes, non contrectes
pseudapostolorum uoces sunt. At in his locis vide-
mus hallucinatos esse interpretes: decepit autem eos
accentus, hoc est, pronunciatio, seu gestus orationis.
Multa sunt etiam interpretum errata orta ex qua-
dam similitudine. Huiusmodi illustria exempla ostendunt,
quantam vim haec fallacia habeat.

FALLACIAE EXTRA dictionem.

Supradicti ostendit reuocandos esse solutionum mo-
dos ad fontes, hoc est, ad praecipuos locos Dialecti-
cos, ad definitiones, ad divisiones, ad causas, ad con-
sequentiam. Nam argumentorum uicia aut ex uicio
definitionibus, aut ex erratis divisionibus, aut ex
causis non recte animaduersis, aut male coherentia-
bus membris existunt. Ac superiores fallacia feret
ad definitionem referri possunt, aut certe ad divisionem,
hoc est, distinctionem significationum cuiusque
uocis, pertinent enim ad genus sermonis. Sequentes
fallacie continent peccata, que oriuntur magis a re-
bus, et connexione membrorum, quam a genere ora-
tionis. Sunt autem hi modi.

FALLACIA ACCIDENTIS.

Plura uni accidentia, sed dissimilazione. Si igitur
aut accid-

aut accidentia male coniunguntur, aut accidentis aliquod
male accommodetur, argumentum fit uitiosum, ut,

Hic est claudus, et est musicus,
Igitur est claudus musicus.

Hic male coniunguntur accidentia, que natura
coniungi non patitur. Alterum enim ad corpus,
alterum ad animam pertinet.

David est beatus.

David fuit adulter,

Igitur adulteri sunt beati.

Hic accidentis male accommodatur, non enim ideo
beatus est, quia fuit adulter, sed quia resipuit. Et
pertinet hic gradus ad locum caussarum. Videndum
enim est, ne omisis proprijs caussis alie admisceantur
que obiter, et ut dici solet, per accidentis in eas-
dem res incurrint, ut,

Deus non requirit peccatum,

Injustitia ciuilis in impijs est peccatum,

Ergo Deus non requirit iusticiam ciuilem.

In minore fallacia est accidentis: Nam iusticia ci-
uialis per se est res bona, sed propter uitiosam
personam fit peccatum, per accidentis: Itaque Deus
cum iusticiam ciuilem requirit, bonam rem requiri-
rit, ut si a claudio requiratur cursus. Etsi enim per-
sona non prestat id quod requiritur sine ultiro, ta-
men id non debet omiti.

A DICTO SECUNDUM

quid ad dictum simpliciter.

Hæc forma in primis apta est ad columnas struendas. Nam prætexu partiis, iudicium fit de toto. Itē ab aliquo particulari ducitur argumentū ad uniuersale. Hæc sunt, ut facile iudicari potest, uicio siſimā.

A particulari ad uniuersale,

Vinum est febricitanti malum,

Igitur uinum est prorsus malum.

Euangelium improbat traditiones male intellectas et uitiosas,

Ergo improbat omnes traditiones.

A parte ad totum.

Aethiops est albus dentibus,

Igitur Aethiops est albus.

Hic ex signo aut similitudine rei, res ipsa fit.

Hector est homo pictus,

Igitur est homo.

Hi qui pios interficiunt, habent Ecclesie titu-

re et uerba, aut res easdem, paulum mutatis uerbis. Et si enim in oratione sepe decet eandem sententiam repeteret, non satis est uerba mutare.

In huiusmodi rationibus facile est deprehendere et indicare uitij causam, constat enim aliud siagnum, aliud rem ipsam esse. Item non effici uniuersale, ex aliquo particulari et cetera.

Peticio principijs.

Sic uocat cum incerta confirmamus, per ea que pariter

pariter incerta sunt, qualia sunt ista. Cœlum est perpetuum, quia non constat ex materia cognata elementis, que est obnoxia corruptioni. Hic incertum quiddam sumitur, quod cœlum non constet ex materia cognata elementis.

Stelle non sunt animalia, quia non habent organica corpora. Dicat enim fortasse Plato hanc figuram conuenire stellis uelut organa.

Epicurei non errant, quia multi sic sentiunt, Pythagorici no[n] errabat, quia et uerba et organa. Hæc probatio nihil habet certi, quia illud ipsum quærebatur, in ceteri sic sentientes recte sentiant. Itaq; peticio principijs, argumentatio inanis est, quia confirmatione debet ostendere firmam causam cur assentiendum sit conclusioni. Pertinet huc et nugatio, quam uocant otiosam τευτολογιαν, cu[m] idem sine aliqua significativa repetitur, aut cum in confirmingando non afferrimus rationem, sed tantu[m] inculcamus eadem uerba, aut res easdem, paulum mutatis uerbis. Et si enim in oratione sepe decet eandem sententiam repeteret, non satis est uerba mutare.

FALLACIA CONSEQUENTIIS.

Cum consequens non necessario sequitur ex superioribus.

Dixi autem supra in modis solutionum primum

N 2 impedit

inspiciendam esse cōsequentiā, quæ cum est uitiosa, expeditissima est diluendis ratio, consequentiā reijs cere. Quæ autem sit bona consequentia, iudicandū est ex regulis supra traditis in formis syllogismo-rum ex locis inuentionis. Cum igitur in connecten-do decipimur, non obseruatis illis regulis, fallacia consequentis uocatur. Itaq; hæc fallacia latissime patet, sed nos pauca quedam exemplare citabimus, ut similia agnoscí ac iudicari facilius possint.

Non ualeat consequentia à superiore ad inferius affirmatiue sine signo uniuersali, ut,

Vinum est,

Igitur Creticum uinum est.

Nō ualeat ab inferiore ad supius negative, ut

Non supereft Creticum uinum,

Igitur nullum uinum supereft.

Non est efficax argumentum à signis, quæ non sunt omnino propria uni significatio, uidelicet, quæ proprie nec cauſa, nec effectus sunt significati, ut,

Comptus est,

Igitur amat.

Pallet,

Igitur studiosus est literarum.

Non àcessante cauſa.

Faber est.

Ergo domus fit.

Non ab

Non ab insufficiente enumeratione.

Ambrosius fuit cælebs,

Augustinus fuit cælebs,

Igitur omnes Episcopi fuerunt cælibes.

Prodest autem in promptu habere regulas con-sequentiarum plurimas, multa enim ex eis iudican-tur in omni sermone ex negotijs. Sciendum autem est, id quod saepe iam admonui, regulas consequentiarū esse, illa ipsa præcepta quæ supra tradita sunt de formis argumentorū, item de locis inuentionis. Sed proderit hic quasi in classe certa quām plurimas col-ligere. Recensebimus igitur hic usitatam regulam. Propter quod unūquodq; est tale, illud magis tale est, quod his uerbis recitat Aristoteles ἀττικὴ διάλεκτος ἐκάστου, ἐκεῖνο μὲν δοῦλος ὁ ταῦτα γράψας, ut aqua calēt propter ignem, igitur ignis magis ca-lct. Vulgus amat amicos propter utilitatem, Ergo utilitatem magis amat. Index credit litigatori pro-ppter testes, Ergo testibus magis credit. Sed nō ualeat ubiq; hæc regula, ut Cicero est eloquēs propter elo-quientiam, Ergo eloquentia est magis eloquens.

Tiberius est ebrius propter uinum,

Ergo uinum est magis ebrium.

Deniq; multa huiusmodi exempla excogitari posseunt, in quibus cernitur non in omnibus mate-rijs hanc collationem procedere. Disputant igitur

N 3 dialectici

dialectici uarie ubi procedat. Ego non ualde acutos tantū hoc admoneo, quod iuris consulti solēt dicere. Regulas cōpositas esse, sicut leges, ut sapientius ualeat, & ut corū uerbis utar ē τὸ τῷ λόγῳ. Interdum tamen discedendū esse regulis. Itaq; & h̄c regula non superficiose retineri, sed ciuiliter intelligi debet, & adhiberi iudicij cōmuni sensus, ut eaibi uiam uerbi patitur natura sermonis. Sciat autem acuti contrahendā esse ad certum genus. Valeat non in formibus caussis, sed efficientibus principalibus ac propinquis & in effectibus proprijs, ut hic aqua calēt propter ignem, Ergo ignis magis dalet.

In formali non ualeat, ut Cæsar est clemens propter clementiam, Ergo clementia est magis clemens. Id enim repudiant & consuetudo loquendi, & subtilis ratiō.

Non ualeat in partiali & remotiore causa, ut,
Tiberius est ebrius propter uinum,
Ergo uinum est magis ebrium.

Nam ebrietas significat perturbationē spiritū cerebri, quæ non est proprius uini effectus. Vīnum enim non statim efficit ebrietatem ubiq; effusum, sed concurrunt aliae causæ, cum multum haueat aliquis, exhalat crudos fumi, qui perturbat spiritus cerebri. Est igitur ebrietas propria quadam in omnibus qualitatib; cum illa omnia concurrant, immodica

immodica ingurgitatio, crudi fumi, cerebrum. Postremo maxime procedit collatio in ijs officiēibus, quæ similem aut cognatā qualitatem transfundunt, ut aqua calēt propter ignem, Ergo ignis magis dalet. Hic enim similis qualitas transfunditur.

Evangeliū habet autoritatem propter Ecclesiā quæ recepit,

Igitur Ecclesia habet maiore autoritatem.

Potest igitur mutare aut abolere Euangeliū. Antecedens negandū est. Nam Euangeliū habet auctoritatem ab Ecclesia, uel ut à testi, non uelut ab auctore. Sed habet principaliter auctoritatem à Deo, qui miraculis declarauit se hanc doctrinā mundo patefisse, Ecclesia tantum testis est. Testis autem non potest mutare narrationem.

Evangeliō creditur propter Ecclesiā testimoniū.

Ergo Ecclesiā testimonio plus credendum est quam Euangeliō.

Fallacia est, Nam antecedens de alio articulo loquitur, de alio consequēs. Ecclesiā enim creditur de hoc articulo, quod h̄c doctrina sit nobis tradita ab Apostolis. Ceterum de articulis doctrinae credendum est ipsis scriptis. Et h̄c est simpliciter Augustini sententia, cum ait Euangeliō non crederē, nisi Ecclesiā crederem, Litigat enim ibi cū Manicheis,

qui abolitis libris Apostolorum fingeabant nouum Euangelium. Contra hos recte allegat Ecclesia testimoniū. Ecclesia monstrat autorem, non mutat ipsum scriptum, ut si quis dicat.

Euangelio credimus propter miracula, Ergo miraculis plus credimus. Hic miracula monstrant autorem.

Huc etiam aliae regule consequentia quā referuntur. In contrarijs mediatis non statim ualeat consequentia, ut reiecto uno ponatur alterum. Ut non sequitur, pannus non est albus, Igitur est niger.

Bonum est non ducere uxorem,

Igitur malum est ducere uxorem.

Bonum est non bibere uinum,

Igitur malum est bibere uinum.

Hic bonum & malum non immediate contraria sunt. Sed medium est & adiutor. Adiaphora autem dicuntur bona, quia licita sunt & concessa.

SECUNDVM NON CAV-

sam ut causam.

Cognita est fallacie consequētis. Traditur enim hic quoque regula consequentie, scilicet, ut caues mus ne decipiātur citatis causis parum appositis, quod quidem se pīsime in grauiissimis negotijs accidit. Non ualeat.

Ebrietas est mala, Ergo uinum est malum.

Nam

Nam uinum nō est proxima causa ebrietatis, sed voluntas ingurgitantis se immodice. Et uinum habet alios bonos & necessarios usus.

Non ualeat: Paulus iubet cauere Philosophiam,
Ergo Philosophia est mala.

Nam Philosophia habet honestam ex necessariam causam cur discatur, scilicet, ad hanc ciuilem uitam. Opus est enim artibus quas Philosophia continet, eloquentia, arithmeticā, medicina: item cognitione legum ex morū ciuilium. Sed cauendum est, ne ex Philosophia fiat iudicium de Euangelio, quod docet quædam supra rationem hominis posita. Hoc uoluit Paulus monere. Quare qui Philosophia propter alias causas reisciunt, decipiuntur hac fallacia, quia ex non causa causam faciunt.

Necesse est agentē poenitentiā bene operari,
Ergo propter benignitatem bonorum operū remittuntur peccata,

Non ualeat consequentia, fit enim causa ex non causa. Etsi enim bene operari necesse est, tamen ut sit certa remissio peccatorum, non pendet ex dignitate nostra.

Pertinet huc uulgaris regula. Allegare inconueniens, nō est soluere, ut si ebriosus uelut se tueri exemplis multitudinis, aut consuetudine, id argumentum renellit hæc regula, que admonet reisciendas

N 5 effe

esse causas, quae non sunt probabiles. Et habent huiusmodi regulæ autoritatem propter uetus statum, et in loco citate clare ostendunt argumentorum uitia. Sunt enim ualde uisitatae et nota.

PROPOSITIONES plures.

Prudentia est in causis uidere quid boni insit, quid mali. Mala enim disimulanda sunt et tegenda: Bona uero amplificanda, ornanda et illustranda, ut ea, quæ ledunt, obruta minus conspicere possint. Fallaciam igitur uocant, cum in mala causa excerpunt ea que in speciem profutura uidentur, et exagerantur, sicut hoc tempore hi qui defendunt monachorum doctrinam, pleraque monstrant, quæ olim docuerunt, callide dissimulant, tantum excerpunt que danque uidentur probabiliora. Deinde addunt eum uicinos locos, dicunt de docentium uitis, de tumultibus alicubi exortis.

Horum causam conferunt arte in nouum genus doctrinæ. Hec quia sunt plausibilia, ualde præsunt ipsis, et eorum uitia tegunt. Monent igitur Dialectici in his fallacijs uidendum esse, ne disimulatis principalibus locis, excipi patiamur ea que nos ledunt, aut aliunde accessitos locos extra causam dici sinamus, qui nihil faciunt, ergo est.

Nec facile

Nec facile dici potest, quantum uim habeat hoc preceptum. Non raro enim in maximis causis ita decipiuntur. Interdum homines astuti confuso talibus prefigijs fallunt incertos aduersarios: Idque non tam Sophisticum quam sycophanticum est. Vulgo uocat transferre metu, seu scopum. Et Aeschines ualde metuens, ne, quod postea accidit, Demosthenes hac arte superaret, hortatur Iudices, ne permittat ei, ut à causa digrediatur, sed sicut pugiles de loco inter se decent, ita pugnant ipsi cum Demosthene de orationis serie. Interdum uero etiam boni uiri per imprudentiam aberrantes à proprijs locis incurruunt in uicinos, cuius rei facile est inuenire exempla cum in forensibus, tum in Theologicis disputationibus, ut Valla aberrat in disputatione de libero arbitrio, in qua cum tantum queri debeat, an humanæ uires possint legi diuinae perfecte obedire, Valla procul currit ut n'èt τὰ ἐπαγγελία, tollit rerum contingentijs, quod nihil necesse est. Huiusmodi multa reperiuntur etiam in scriptis præstantium uiorum, qui minime hebetes fuerunt. Nihil enim facilius est homini, quam labi ac decipi.

Ceterum habent et bona cause sua incommoda, que cum non satis probari auditoribus possunt, disimulanda sunt, et eligendi atque agitandi in locis, qui uidentur posse splendescere.

Ignoratio

IGNORATIO ELENCHI.
 ἐλέγχος significat firmā probationem. Nam ἐλέγχος forense uerbum est, et significat conuincere, ubi uicen. Omnes igitur infirmas probations referunt ad ignorationem elenchi, et supra posita genera fallaciarum hic repetunt, et hic quasi communem locum constituant, ad quem omnes uitiosae argumentationes referri possint. Sunt enim infinitae cauillationes, quare locus aliquis constituendus fuit, in quem reponerentur omnes uitiosae ratiocinationes, que non facile accommodari superioribus locis possunt. Meo iudicio hec fallacia apte uocantur latine Cauillatio: nam hanc propemodum Greci uocant σέρπετα. Ea uox alioqui generaliter significat uafrum cōmentum, seu uafre cogitatum. Sophistæ uero uocabantur olim Doctores Rhetorices, qui cum de varijs rebus sine perfecta doctrina dicrent, ac disputarent, multa dicebant in causis aliena, tantum ut fucum facerent auditoribus. Hinc Sophisticæ argumentationes dictæ sunt, quæ non ex ipsis rerum fontibus sumptæ sunt, ut uere doceant auditorem, sed aliunde accersit, ut offundant nebulas auditoribus. Dicas uerissimum exemplum esse eiusmodi Sophisticæ, uituperationem eloquentia in Epistola Plati. At in iudiciis Sycophante dicti sunt, qui aliqua artificiosa calumnia decepérunt adversarios. Quare technæ

technæ atq; imposturæ in magnis et graibus causa si infidiose excitatæ non tam Sophisticæ quam sycophanticæ artis inuenta sunt. Interdum autem decipiunt longa oratione, id propriæ Sophisticæ est: Interdum breui captiuncula, id uerius est sycophanticum. Porro Dialetticus in utroq; genere elaborabit, ut in longa oratione excerpatur principalia membra, et syllogismis includat. Ita uitia facilius reprehendet, breues captiones etiam facile diluet, si hos locos fallaciaram, ut uocant, statim animo percurret.

Dixi autem in hunc locum conferri uarias cauillationes, que non facile superioribus generibus accommodari possunt, ut: Cœlum tegit omnia, Ergo se quoq; tegit. Cretenses sunt mendaces, Id dixit Cretenis Epimenides, Ergo mentitus est is quoq;. Sunt igitur ueraces Cretenses, Rursus igitur uerum dixit Epimenides. Greci uocant hanc formam φύσην. Vitium oritur hic ex mala consequentia. Non sequitur omnes Cretenses esse mendaces. Nec sequitur: Mendaces sunt, Igitur omnia mentiuntur.

Greci uocant etiam ἀσύστοι, quod nostri dixerunt insolubile, ut qui dicit se tacere, is uero loquitur.

Pertinent ad uitiosos elenchos pugnantia non recte collata, ut Plato scribit domi, et Plato non scribit foris,

bit foris, Igitur Plato scribit, et nō scribit. Diluitur hoc modo, quia pugnantia respectu eiusdem intelligentiæ debent, idq; diligenter obseruetur. Nam innumerabiles cauillationes sumuntur ex uitiosis analogijs atq; antinomijs.

Ferè item omnes uoces pro uarietate casuum et constructionis, seu materia in qua uersamur, uario accipiuntur, ut: Homo est species. Hic homo significat non Petrum aut Ioannem, sed speciem significat, hoc est, commune uocabulum multis conueniens, seu rationem atq; imaginem quandam humanae naturæ multis singularibus conuenientem.

Omne animal fuit in arca Noe. Hic uniuersalis non tam late patet, quam solet alioqui patere, sed astringenda est ad species omne animal, id est, ceteris usq; speciei quedam paria.

De plenitudine eius omnes accepimus. Exclusiua sententia est, contrahitur enim uniuersalis ad certam speciem, et significatur quedam exclusio, omnes accepimus, uidelicet, quotquot accepimus, à solo Christo accepimus. Est enim cognatio inter uniuersales et exclusivas. Tantum diuinitate laudantur, id est, nihil laudatur, nisi diuinitate.

Dialectici hanc tantam uarietatem regulis complecti conati sunt. Hinc extitit illa moles commentariorum de suppositionibus, ampliationibus, restrictionibus

etionibus, et reliquis generibus. Nec tamen hec precepta prorsus aspernanda fuissent, si modū adhēbuisserent, et exempla sumptissimæ usitata in communis sermone, uerum homines indocti in scholis finixerunt ipsis sibi prodigiosa exempla, que nullum prorsus usum habet in negotijs iudicandis. Ideo illam rationem Dialecticæ partem nos consulto omissimus, presentum cū ad Dialecticen nō pertineat, ad Grammaticos uerius pertinet iudicium de hac ueritate uocū. Et ad hunc usum tradūtur figurae. Una synecdoche sufficerit pro omnibus regulis ampliationū et restrictionum. Facilis est interpretatio huius dicti: Omne animal fuit in arca Noe, si quis moneat esse synecdochē, quia uniuersalis aliquantulum contrahitur, ut cū dicimus uniuersam Germaniam conuenisse ad dellenodos Turcas. Huiusmodi synecdochis plena est scriptura, cum Deus ait se seruaturum Israel, et rursus inquit Israëlitas rejectos esse. Item Ecclesia errat, Ecclesia non errat, in utrisq; sunt synecdoche. Est et synecdoche, Omni potenti tribue. Non enim simpliciter de omnibus singularibus loquitur, sed de duabus speciebus, quarum discriminatio licet, de amicis et inimicis eagentibus. Obscurò quid hic opus est confusissimis illis et obscurissimis recentiori Dialecticorū triticis, cū Grammaticus multo illicidius et aptius totam rem uno verbo explicet. Deinde

Deinde ne id quidem assedit sunt Dialectici, quod voluerunt. Non enim omnes figuræ ac uarietates uocum certis regulis comprehendere potuerunt, etiam si quotidie nouas regulas gignebant. Infinita res est, ut gestuum hominis infinitæ uarietates sunt. Et tamen Grammatici prudenter genera quedam notarunt earum figurarum, quæ sapius occurruunt in communī sermone. His generibus animaduersis, similia facile iudicat communis sensus. Ac genera illa ex quibus fontibus sumantur, liberaliter instituti adolescentes per sepe perspicient. Orientur enim ex quinque uocum natura, quæ suppeditant subtilem interpretationem in omni sermone, aut enim de genere, de toto, aut de specie, de partibus, aut de differentia aut accidente aliquid certo aliquo modo significatur. Interdum enim figurae aliquid contrahunt, interdum dilatant, interdum discernunt, ut Episcopi non est administrare regna mundi, hic de proprio Episcopi munere loquimur. At Episcopus tanquam donatus ab Imperatore, potest habere iurisdictionem in bonis certis. Apostoli non est texere, at Paulus tanquam artifex poterat texere. Nihil autem uelat Paulum esse & Apostolum & textorem, Petrum esse Apostolum & patrem familiæ. Interdum declaratur aliqua vox similitudine, ut: Ecce agnus Dei. Sed lectores f. studiosi querunt idem me peccare,

quod

quod vulgaris dialecticorum peccauit, si longiores preceptiones grammaticas dialecticæ inferam. Ideo desinam, ac studiosos hortabor, & ut diligenter obseruent uarietatem significationis in structura orationis, & meninerint eam interdum communi sensu, interdum ex figuris grammaticis iudicari posse. Hic communis sensus iudicat. Liber Ciceronis, quando possedit, quando autor significetur.

Coplexus sum precepta artis præcipua, quorū usus est in iudicandis & tractandis controversijs. Sed neminerint adolescentes ad hæc precepta consuetudinem disputandi, & stylī exercitiū adhibendū esse. Ita fieri ut perspiciat uim atq; usum præceptiorum. Etenim cum in alijs artibus precepta intelligi non possint, nisi ad usum translata, multo minus dialectice uis perspicere potest, nisi in usu. quia hæc tota ars organon est, cuius finis est, non cognitione, sed usus. Praclare apud Platonem in Philebo Socrates ait, precepta perspicillia esse, sed usum esse difficultissimum. Sic enī inquit. οὐ δικτύοσαι μὲν δύ τόπου χαλεπόν, χρῆσθαι δέ τε τούτου χαλεπού. Mirum aut uideri potest, quare dicat usum tam difficultissimum esse, cum in specie ars facilima uideatur. sed homo acutissimus ac peritisimus, non sine magna & gravi causa ita dixit, uidit enim quām sepe deerent, etiā ingeniosissimi homines à methodo, in grazib

nibus

uibus controversijs. Quod si quis non credit, disputationes Theologicas ac forenses inspiciat, in his deprehendit errata dialectica turpisima, ex que plurimum tum Ecclesiae, tum reipublicae nocent. Nemo credat, nisi usi factus prudentior, quam facile etiam minime hebetes homines hallucinantes, omisso principali loco, incurvant in vicinum aliquem, quem tamen corrumpit totam causam. Possem exempla commenorare, que ipse comperi in maximis & difficilimis negotijs. Quare adolescentes adhortor, ut quam plurimum studij atq; opere tribuant, non dico ediscendis preceptis, id enim fieri sine magno negotio non potest, sed exercedis, ut se assuefiant, ut quidquid proponitur, statim ad methodum reucent, querant ipsos negotiorum fontes, dent operam ut videant, quemadmodum ait Cicero, ubi sit, discant in quolibet negotio in arcem ipsam causam inuadere. Quantam uim hec habeant, nemo prodignitate exponere potest. Multo enim absurdius est in causis a principali loco deerrare, quam in cantitatem fidibus peccare. Et tamen uidemus Citharedos se perpetuo exercere, ne manus incerta deflectat extra harmoniam, quanto magis exercere oportet eos, qui dialecticen sibi comparant ad maximarum rerum, religionum, naturae & omnium officiorum explicationem. Finis.

ACTIO*

DE SEDIBVS

ARGUMENTORVM, PARI=terg, argumentis, Georgio
Valla autore.

Osteaquamque siuionum genera coaguita sunt, ut omnis soluat ambiguitas, opus est argumentis que nec arte deprehensateneantur, quibus de locis eruantur inspiciendum est. Et quoniam dialecticorum seu probabilitum cupis habere cognitionem, demonstrauorum & sophisticorum locos missos faciemus, quos tibi in nostro magno licebit opere exceptendorum ac fugiendorum intueri: nuc demum probabilibus erimus conteti. Sunt ergo Loci unde probabilia educuntur argumenta, argumentorum ipsorum sedes: quorum alios extra dicendi rationem ad id quod in controversia positum est comprobandi accipimus, alij, quos ex causa trahimus, illos artis expertes, hos artificiales solemus appellare. Ex illo priore genere sunt preiudicia, rumores, torneta, tabulae, insurandū, testes. Ex altero sunt, ex toto, ex partibus, ex nota, ex coniugatis, ex genere, ex forma, ex similitudine, ex differentia, ex contrario, ex adjunctis, ex antecedentibus, ex consequentibus,

O 2 CXI

ex repugnantibus, ex causis, ex effectis, ex compensatione maiorum, aut parium, aut minorum.

Pri*judicium*. Pri*judicium* itaq; dicitur res, que cum statuta fuerit, assert*i*udicatur exemplum quod sequatur: ut à senatu aduersus Milonem, Confirmantur prae*cipue* duobus, autoritate eorum qui pronuntia*re* runt, et similitudine rerum de quibus queritur, erit ergo à pri*judicio* argumentum huiusmodi. Se*natus* consulti de hac re pri*judicium* latum est: non est ergo quod de ea plura dicamus: nam aduersus consulta senatus, decreta*re* principum uel magistratum, remedium nullum est.

Rumor. Rumor ac fama, publicum testimonium est: quod qui uult infringere sermonem uocat sine ullo certo autore dispersum: cui malignitas dederit initium, incrementum credulitas, quod fraude inimicorum aliqui posse accidere innocentissimo.

A*tormentis*. A*tormentis* probamus, cum dicimus inventam eiusmodi questionem ob uera fatendi necessitatem. Contra*tormenta*, dicit ipsa esse plerunq; caussam falsa dicendi: quod alijs pacientia facile, mendacem faciat alijs infirmitas necessarium.

A*tabulis*. A*tabulis*, aut pro*tabulis*, aut contra*tabulas*: quas scimus refelli ac recusari. id notius est argumentandi genus, quam ut pluribus hoc tempore uideatur explicandum.

A*testimo*

A*testimonij* argumentamur, circa que patrōnis caussarum sudor. pro*testimonij* et*contra**testimonij* quo pacto argumentandum, res ipsa nos admonebit.

A*iure iurando* argumentabimur, magnum momentum uideri, à uiri autoritate inductum, aut à uiri improbitate refellimus.

Per uulgata satis hec sunt argumentorum genera, que artis dicuntur expertia: et ex ea que agitur causa facile nobis suggestur, quare ad artificia transeamus.

A*toto* igitur dicitur argumentum, cum quod *A*toto** in questione positum est, definitio comprobamus. Definitio proprie per genus et*differentiam* fit: ut homo est animal rationale, Rhetorica est ars bene dicendi. sed aliquando loco definitionis utinam descriptione: ut homo est animal bipes, cuius caput in coelum attollitur: et binæ ab humeris dependent manus, et eo modo reliqua. Si ergo questione de toto aliquo, ea definiendo diluitur. Est autem definitio, ut Plato inquit, breuis oratio, subiecte rei naturam ostendens. Ut autem Aristoteles, *Diffinitio* est oratio, que id quod diffinitur, explicat quid sit. *hec* igitur proprie per genus et*differentiam*, ut diximus, id facit, sed aliquando etiam diuidendo, ut genus in species, aliquando partiendo, ut totum in partes:

O*3* ut*si*

Diffinitio.

ut si fuerit quæstio de animali, quid sit, de toto animali queritur, per genus ergo ex differentiam dif-
finiendo dilatio quæstionem: cum dico, animal est sub-
stantia animata sensibilis, dividendo autem idem ostendendo oblique dicendo, animal est quod partim in ter-
ris, partim in aquis, partim in aere uitam ducit. Par-
tiendo hoc modo: animal est quod anima constat sen-
sibili et corpore. Aliquando definimus a contra-
rii remotione: ut Horatianum illud, Virtus est ui-
tium fugere: sapientia prima, Stultitia caruisse. Si
fuerit ergo quæstio, an concha maris sit animal, a to-
to nempe ab animali, traho argumentum per defi-
nitionem, dicendo, animal est substantia animata
sensibilis, concha maris est substantia animata sen-
sibilis, ergo concha maris est animal. Ex partium
enumeratione trahitur argumentum: ut si quæra-
tur, an montis crypta sit domus, diluitur quæstio
hoc modo: domus constat solo, fundamento, ac pa-
rietibus confurgit, et teclo superie contingit:
crypta non est huiusmodi, non ergo domus.

A nota verbi seu etymologia locus ducitur ar-
gumenti, cum quod in quæstione positum est etymo-
logia dissoluitur: ut si quæratur de quopian, an sit
locuples, ab etymologia argumentabor hoc modo:
Locuples est qui locis abundat: abundat autem lo-
cis ille, est ergo locuples. potest et per negationem
comprobari

comprobari: ut quod ex humo non est, id non est
homo: non est autem ex humo anima, non ergo ani-
ma est homo.

A coniugatis.

A coniugatis, Coniugata dicuntur quæ sunt ex
verbis generis eiusdem: ut prudens, prudentia, pru-
denter. ut si queratur de quopian, sit ne prudens,
arguetur esse hoc modo: Prudenter agit, ergo pru-
dens est. Ita iuste agit, ergo iustus. ager est compa-
cius, ergo licet compascere.

A genere.

A genere, Sicut a toto diximus partes compro-
bari partiendo, ita a genere species dividendo com-
probamus. Nam cum rhetorica in partes dividi-
atur, inventionem, dispositionem, elocutionem, me-
moriā, et pronunciationem: si quid fuerit harum
partium, ostendemus esse inter partes rhetorica
collocandum. At cum eiusdem artis sint species, de-
monstrativa, deliberativa, iudicialis, in quas rhe-
torica genus dividitur: ostendemus si qua oratio
structa in harum aliqua fuerit specie, totam eò con-
fluenterheticam, et partes ipsius ibidem inueni-
ri. ut si quis moriens legavit argentum uxori omne
suum, queratur num etiam numerata domi pecu-
nia legata sit, a genere eruetur argumentum hoc
modo: Omne argētum uxorilegavit maritus, atqui
numerata domi pecunia argentum est, ergo et illa
merata domi pecunia legata est.

A forma sive specie.

A forma sive specie, est cum sicut à partium enumeratione totum comprobari diximus, ita à specie genus demonstratur, quæ hoc modo distinguuntur. Si totum uelimus ostendere, omnes nobis partes sunt ostendenda: nam si orationis partes non octo, sed pauciores attingamus, non poterimus omnem orationem illis concludere. uelut si rhetorica tantum totum quoddam uelis per inuentionem, et dispositionem comprehendere non posis: Contra vero ipsam tanquam genus ostenderis, una duntaxat expressa specie, uel iudicali, uel deliberativa, uel demonstrativa: ut rhetorica deprehenditur, ubi iudicialis fuerit oratio. Ut quoniam Respublica ueterum fere consensu tres habet species, quæ populi, quæ paucorum, quæ unius potestate regatur, ad genus quod est Respublica constituentum una ha- rum satis erit.

A similibus.

A similibus argumentum est, ut si continentia virtus est, et abstinentia: si fidem debet tutor, et procurator. ac sicut in inductione, de qua post ubi de argumentatione, interrogando: ut prudentiane est virtus, et iustitia non est? Item si feræ partus suos diligunt, qua nam in liberos nostros indulgen- tia esse debemus?

A differentia.

A differentia, non si leticia bonum, et uoluptas, non quod mulieri, idem et pupillo. si barbarorum est in

est in diem uiuere, nostra consilia sempiternum tem- pus spectare debent: ac in utroq; genere et similitu- dinis et dissimilitudinis exempla ponunt oratores ex aliorum factis, aut dictis, aut euentis factisq; nar- rationes plerunq; ponuntur.

A contrario. Si Gracchus nefarie, præclare Opi- mius. Si frugalitas bonum, cur non malum luxuria? Si malorum causa bellum est, erit emendatio pax, Siueniam meretur quod imprudens nocuit, non me- retur præmium qui imprudens profuit? per inter- rogationem, ut Horatianum illud: Descriptas seruare uices operumq; colores. Cur ego si nequeo ignoroq; Poëta salutor?

Et rursus.

Cur nescire pudens præue, quam discere malo?

Ab adiunctis. Si pietati summa tribuenda laus, Ab adiunctis. debetis moueri, cum Quintum Metellum tam pie lu- gere uideatis. Si bonum iusticia est, recte iudican- dum: si malum perfidia, non est fallendum: quod quis non habuit, quomodo perdit? quem quis amat, sciens non ledit. Quem quis hæredem suum esse uo- luit, charum habuit.

Ab antecedentibus. Si uiri cui pa factum diuor- tium, et si mulier nuncium remisit, tamen pro libe- tibus. ris manere nihil oportet. Si natum est, morietur. Si multis cumulabat officijs, diligebat, colebat.

O s A conse-

A consequentibus.

A consequentibus. Si et ferro ille interfectus, et tu inimicus, et cum gladio cruento comprehensus in illo ipso loco, et nemo praeter te uisus est, et causa nemini fuit occidendi, et tu semper audax, quid est quod de facinore possumus dubitare? Item ut pro Oppio Cicero. Quos educere inuitos in prouinciam non potuit, eos inuitos retinere qui potuit? Consequens enim est eos qui inuiti duci non potuerunt, in uitios non potuisse retineri. Rursus, Si portorum Rhodijs locare honestum est, et Hermocreonti conducere, et quod discere honestum est, et docere. Idem efficit Domitij Affri sententia: Ego accusavi, uos damnatis. Consequensq; Natus est, erga morietur.

Ex repugnantibus.

Ex repugnantibus: Qui sapiens est, stultus non est. ut Crassi illud: Non si Opimum defendisti Carbo, idcirco te bonum ciuem putabant: simulasse et aliud quidem quæsisse perficuum est: quod Gracchi mortem saepe in concionibus deplorasti: quod Pub. Africani necis socius fuisti: quod eam legem in tribunatu tulisti: quod semper à bonis disseristi. Et per interrogationem, unde peracta efferruntur entibyemata: de quibus mox, hoc modo, Paucos ciues metuis occidere: ne Respublica intereat nihil allaboras? Hunc quem non accusas damnas: et quem de te bene meritum autumas esse,

male me

male mereri acclamitas? Item id quod scis, prodest: et id quod nescis, non obest.

Ex causis: ut auariciam si tollere uultis, mater eius tollenda luxuries. Si sapientia bonum uirum facit, bonus uir est utiq; sapiens. Ideoq; boni est honeste facere, mali turpiter: et qui honesta faciunt, boni: qui turpia, mali, recte iudicantur. Hoc genus ad exhortandum plurimum ualeat: uirtus laudem facit, sequenda igitur: at uoluptas infamiam, fugienda igitur. Scientia gloriam parit, discendum igitur. Imperitia rerum, contemptu gignit, uitanda igitur.

Ex causis.

Ex effectis non difficile fuerit trahere argumentum: nam ut causa quid sit futurum indicat, ita quod effellum fuerit causa demonstrat. Dies est, ergo sol lucet super terram. Peperit, ergo cum uiro concubuit. Hic locus Oratoribus et Poetis, et quandoq; Philosophis, ac eis omnino, qui ornate et copiose loqui possunt, suppeditat mirabilem copiam dicendi, cum denunciant quid ex qua re sit futurum. Causarum namq; cognitione, cognitionem facit euentorum, suas tamen effectorum causas oportet adducere: nam sicut corpus in lumine umbræ necessario facit, et ubi cunq; est umbra, ibi esse corpus ostenditur: ita necessarium non est, ut qui coloratus a sole sit, iter quoq; puluerulentum faciat, sed non omne iter puluerem mouet; neq; quisquis puluerulentus, ex iuinere est.

Ex effectis.

Ex causa.

220 EXPEDITA ARG. RATIO,

Ex comparatione. Ex comparatione maiorum. Si bona existimatio
diutius præstat, et pecunia tantopere expeditur,
quanto gloria magis expetenda est? Item si quis sa-
crilegium facit, faciet et furtum. Si adulterum oca-
cidere licet, licet et loris cædere.

Ex Minore. Ex Minore, hic parue consuetudinis causa hu-
ius fert mortem tam familiariter, quid si an affet?
quid hic mihi faciet patri? Rursus, qui facile ac pe-
lam menititur, peierabit. Iterum, Si furem nocturnū
occidere licet, quid latronem?

Ex pari. Ex pari, ut: Est et eiusdem et eripere contra
Rempublican, et largiri pecunias. Iterum: Qui
ob rem indicandam pecuniam accepit, et ob dicen-
dum falsum testimonium accipiet. Rursus:

Quæ poena aduersus patris interfex-
ctorem iusta est, eadem aduerso-
sus matricidam ius
se infligi-
tur.

ARGENTORATI APVD
CRATONEM MYLIVM
MENSE MARTIO,
ANNO
M. D. XXXVIII.

F I N I S.

No sunt conseruanda parva, sive quod: anima
et sic possint.

СУЧА СТАХОТИЯ
МУСУМ ПСИОДА
БОЛАДАЛ ЗИМ
ОПРАВЛЕНИЕ
СИХУХХ АДА



